




**Fortunati Crellii Vindicatio, qua responsiones et argumenta
pro vera Christi in Eucharistia præsentia Contra Gregorium de
Valentia allata, ab illius criminatione vindicantur.**

<https://hdl.handle.net/1874/423059>



Dit boek hoort bij de Collectie Van Buchell
Huybert van Buchell (1513-1599)

Meer informatie over de collectie is beschikbaar op:
<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>

Wegens onderzoek aan deze collectie is bij deze boeken ook de volledige buitenkant gescand. De hierna volgende scans zijn in volgorde waarop ze getoond worden:

- de rug van het boek
 - de kopsnede
 - de frontsnede
 - de staartsnede
 - het achterplat

This book is part of the Van Buchell Collection
Huybert van Buchell (1513-1599)

More information on this collection is available at:
<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>

Due to research concerning this collection the outside of these books has been scanned in full. The following scans are, in order of appearance:

- the spine
- the head edge
- the fore edge
- the bottom edge
- the back board

Miss
Helen
S. Contra. To.

E.
86



3
れれ
C. C. L. M.
C. C. L. M.
C. C. L. M.





crips agnere vngne vni pugno nec. nec spina in
tet pugno sub spē baculi. Et dñr sic. qz fallat et
depiuit fbo. cū pferit spēm ligni. Hoc vulgus
ḡto noīe oros vocat. i. acutos. Vn̄ et apud me
ditos acutis morbus oreu vocat ab ori qd̄ ē am.


Dolororū. i. dolorē h̄re ul̄ pati et dī a dolōe **Cū**
Doloros⁹. a dolor̄ ris dī doloros⁹ sa sū. plen⁹
dolore et rōpat. Vide i doleoles.


Dolosus. a dol⁹ dī dolosus sa sū pent. pd. i. si
dolidat. Vt ei depiuit
Theologia et mōib⁹ adornat. Et
Quarto n°. 86. tatis occulta malitia.
hoc dolumē. mo idē
iat a p̄ma cōiugio


Dolus li mās. ge. i. frāus malitia occulta bla
dis sermōib⁹ adorna. calliditas mēte. Et dī
a dolōe qz dolorē iserat. Vel dī dol⁹ a deludo
qz delus qz deludat et depiuit. Et sit dol⁹. uo.
iſidie loco. ul̄ telo. frāus dī fidē mutuata.

Et ē dolus n̄ aliuud agit. aliud filat. et cor̄ do.

Domatis. ge. neut ḡt. **C**etī qz subdol⁹.
rectū dicit p̄t enā doma dī rectū ul̄ enā uer
uīl qz nō tegit. **P**hysiologus. De qz pilis enā
fiat sub domate sum⁹. Regū 2⁹ li⁹ cu⁹ b⁹ dī
domatū fistulas. Et appellantur domatum







Nº 44. r*

Nº 32. A

n. 51. n.n.

304
FORTVNATI
CRELLII
VINDICATIO:
QVA RESPONSIONES ET
ARGVMENTA PRO VERA

Christi in Eucharistia præsentia

Contra

GREGORIUM DE VALENTIA

allata, ab illius criminatione vindicantur.

AD AMPLISS. ET NOBILISS. BASILIENSIS
REIPUBLICAE SENATVM.

Tertull.

Viderint quibus nouum est quod sibi vetus est.

Ex domo Brugelii.



HEIDELBERGAE,

clo Ia xic.



AMPLISSIMIS ET NOBILISS:

Viris, Basiliensis Reipublicæ tum Consuli-
bus, tum Senatoribus: Dominis

Clementissimis,

FORTVNATVS CRELIVS Philosophus
Salutem.

IN T E R ceteras causas , Amplissimi & nobilissimi
Viri, cur hunc meum librum vobis dedicarim, non po-
strema est quam aduersarius mihi suppeditauit . Cum
enim is suum illum Friburgensibus , vicinis vestris, offer-
ret: laudare eos, qui mos est istorum, non potuit, quin alios
& in his vos quoque, vituperaret, apostasiæ, turpisque de-
fectionis accusaret.

Non ignoro, vobis non deesse tum in Ecclesia & Scho-
la, tum in ipso Senatu viros , qui calumniam hanc de-
pellere facile possint: sed cum illud ipsum doctrinæ ca-
put, ob quod aduersarius meus totam Helvetiam in cri-
men vocat, luculenter præsens liber explicit: & tum ab
istius, tum aliorum, cavillationibus vindicet: rem neque
me, neque vobis , indignam mefacturum putaui , si vo-
bis, Magnifici Viri, cum primis eum dedicarem.

Illud igitur quidem, vtri vestrum , vos ne , an vicini illi
vestri, quod aduersarius iactat, Euangelio Christi pareant,
& in fide, quæ clarissimis Euangelij verbis, de sanctissimo
Eucharistiæ Sacramento , tradita est, perseverent, liber
meus abundè docet: utriverò felices sint prædicandi, illi
ne qui Babylone manent, an potius qui Babylone egre-
diuntur, matureque sunt egredi, age parumper despi-
ciamus.

Quæstio vetus est, & à varijs variè disputata , quisnam
tandem Antichristus & hostis ille sit, qui peculiariter Ec-
clesiæ Sanctisque bellum facturus esse perhibetur.

Non me fugit, Antichristi nomen latè patere, omnesque tum Christi, Christianique nominis, tum veræ doctrinæ hostes in sese continere: sed Scriptura talem, inter ceteros, nobis hostem depingit, qui non totum orbem Christianum promiscuè, sed Ecclesiam singulariter & Sanctos, coetum illum qui in illius apostasiam non vult consentire, idque sub Ecclesiæ titulo, depopulaturus sit, ferro, flammaque persecuturus.

Daniel. 7. & s. Hic hostis à Daniele, exiguo illo cornu, quod inter decem quartæ bestiæ cornua exsurgit, & ceterorum aliqua comminuit: à Iohanne, bestia septicipite, meretrice, meretrice simul & bestia septicipite, in qua meretrix equitat, Babylone, quæ sedes est meretricis: ab Apostolo, homine illo scelesto, qui supra omne se numen extollit, significatur: sed non sine magno discrimine: quod priusquam explicemus, paucis ostendemus, præpotentis istius hostis & Antichristi non alteram illam Ioannis & bicornem bestiam, quod plerique putarunt, sed hanc septicipitem typum & imaginem esse.

Apoc. 13. & 17. Exiguo igitur illo Danielis cornu hostem istum denotari, tum ex eo liquet, quod non universo Christianorum orbi, sed Sanctis, & illis dumtaxat bellum facturum dicitur, qui à doctrina, quam ex ore Altissimi acceperunt, recedere nolunt: tum quod inter cornua quartæ bestiæ exsurgit, in quarta bestia hæret, cornu quoddam quartæ Monarchiæ & Romani Imperij est: quod de Turca dici nullo modo potest.

Apoc. 13. Iam verò quæcunque de hoc cornu à Daniele referuntur, ea omnia, ijsdem planè verbis, à Iohanne septicipi bestiæ tribuuntur: quod os blasphemum habeat: quod Sanctis bellum factura: quod eos superatura sit & conculcatura: idque mensibus quadraginta duobus, seu temporibus tribus atque dimidio.

Ex quo luce meridiana clariſſi liquet , eumdem septi-
cipite bestia nobis Antichristum & Sanctorum depopula-
torem ob oculos poni , qui paruo illo Danielis cornu re-
præsentatur.

Neque sanè videre possum , si bestia septiceps Italicum
illud Romanorum Imperium sit , quo pacto vnicum dun-
taxat è septem illius capitibus vulneratum , immò quo
pacto vulnus istud curatum curandumé dici possit : cùm
Imperium illud , testibus vel istius opinionis affectatorib-
us , planè deletū sit , nec ampliùs vñquā instaurandum.

Non magis verū erit , quod dealtera , debicorni bestia
dicitur , eam omnem potestatem prioris bestiæ , coram
ipsa , ipsa scilicet adspiciente , summaque cum voluptate
adspiciente , executuram . Num enim priscum illud ,
& quod olim Gentilium idolatria sese contaminauit ,
Romanum Imperium bicornis hodie bestiæ facinora vi-
det , practicas artesque mirabiles nouit ?

Sed quid clariss illo , quòd magna illa meretrix , quæ
super aquis & Babylone confedit , non in bicorni , sed in
septicipite bestia equitat , septicipitem , non bicornem , re-
git , & instar equi , pro libidine , incitat , & quo vult inclinat ,
septicipitis , non bicornis , cornibus & vngulis Sanctos pe-
tit atque conculcat ? Quid item clariss illo , quòd septi-
ceps ista bestia non minus quam bicornis , & falsus illius
propheta , illustri demum illo Christi aduentu est debel-
landa ?

Antichristum igitur & hostem illum nobis hæc bestia
repræsentat : qui postremis hisce temporibus Ecclesiam
vndique , terra marique , est adoritus , eamque misere
diuexatus : donec elapsi illo , quod à Deo constitutum
est , tempore , sermoneque Dei completo , calitus repri-
matur , & funditus deleatur .

Quid igitur , inquires , sibi vult bicornis illa bestia ? Hæc

Apoc. 13.

Apoc. 13.

Apoc. 17.

Apoc. 17.

aliud quoddam & posterius nobis siue regnum , siue principatum & corpus denotat: quod codem cum Ecclesia modo, idque coram oculis alterius bestiae aget, quo altera, septiceps, bestia agit: quam ob causam eandem cum illa mercedem auferet : quia utraque bestia , septiceps & bicornis, siue bestia & mendax ille Propheta, cælesti auxilio debellata, in stagnum illud ignis, quod sulphure ardet, coniunctetur: ut ab utrâque tandem liberata Ecclesia , de utrâque, in hoc quoque Mundo, triumphet. Plura de hac posteriori bestia, nunc non lubet scribere: quam sicut non obscurè mihi jam dignoscere videor: ita qui sequentur reficiunt eam intuebuntur.

Apoc. 19.

Apoc. 20.

Superest, ut discriminem illud , quod inter paruum Danielis cornu, inter hominem illum scelestum & meretricem, & inter totam bestiam septicipitem , esse diximus, paucis perstringamus.

Apoc. 17.

Bestia totum illud Antichristianum regnum est , quod Ecclesiam persecutus, Sanctos altissimi bello perenni diuexat. Hoc regnum Moderatorum habet: à quo nō secus, atque equus ab equite, regitur, & pro arbitrio atque libidine illius agitatur & inclinatur: qui meretrice in bestia equitante, repræsentatur: & meretrix atq; fœmina, quantumvis vir sit , nuncupatur , quod causa sit Regibus & Principibus viris , ut execrabilis & spirituali se se polluant scortatione.

2. Thes. 2.

Dan. 7.

Idem Moderator & eques scelesto illo Apostoli homine, paruo Danielis cornu denotatur: quæ causa est , cur idem utriusque, paruo illi cornu hominique scelesto, & toti bestiae tribuatur: quia sicut bestia bellum factura Sanctis à Iohanne prohibetur: sic idem planè facturum cornu illud à Daniele dicitur: & sicut Iohannes bestiam lethaliter vulneratum, longè verò post demum trucidatum iri scribit: Sic Apostolus, hominem illum scelestum , bestiae Moderatorum,

ratorem, spiritu primum oris Domini conficiendum & grauiter vulnerandum, demum autem illustri eius aduentu penitus abolendum esse docet.

Hinc difficile non est videre, vtrum Antichristus iste regnum sit, an vhus duntaxat & singularis homo. Vtrumque est: regnum integrum: & homo singularis: regnum, si bestiam, quæ & decem, vt quarta Monarchia, cornua habet; & septem præterea capita, quæ in vnicum hominē non cadunt, spectes: homo singularis, si meretricem & Rectorem illius contempleris.

Ac quia regnum istud nec ita citò debellabitur: nec vñquam suo illo Gubernatore desituetur: qui illustri demum illo aduentu interibit: idcircò Gubernator iste sic indiuiduum & singulare est, vt successores habeat: estque tum probabile, tum Scripturis consonum, postremum in hoc ordine omnium fore sceleratissimum: qui idcircò peculiariter ab Apostolo, articulo ὁ ἀνθρώπος, ὁ θεός, ὁ ἄνθρωπος, denotetur. Quamuis articulo sua vis manet, etiam si pariter omnes sint scelerati: cùm Gubernator iste semper vhus & singularis homo sit.

Bicornis illius & ancillatis bestiæ eadem ratio est. Prophetam habet, Rectorem & instigatorem: qui successores habet: è quibus extremus astutissimus procul dubio & sceleratissimus omnium erit.

Quòd si iam circūspiciamus, & in præsentem, tum Ecclesiæ, tum Reipublicæ statum intueamur, aliud profectò regnum nullum inueniemus, cui quæ memorata sunt, & bestiæ tribuuntur, conueniant, quām regnum Pontificiū, nec alium illius Rectorē, quām Pontificem Romanum.

Quis enim quæso ille est, qui per fas & nefas, è medio sublatos omnes cupit, quotquot execrandum illud Missæ sacrificium, detestabilem illam idolomaniam, qua terræ fructus pro Deo adoratur, amplexari nolunt? nonne Ro-

manus Pontifex? Quorum opera scelestum hoc suum institutum exsequitur? nonne Regum & Principum Pontificorum? Cuius instinctu & mandatu Reges & Principes isti militem conscribunt, exercitum terrâ mariquâ instruunt? nonne Romani Pontificis, qui eos inani spe latat, aliena, quæ in sua potestate non habet, Regna & principatus eis distribuens? Quis quo^so ille est, qui in Hispania, in Anglia, Gallia, Belgio, vbiique terrarum, ferro & flamma in omnes vindicauit, vindicareque porrò, quamuis frustra, conatur, qui Palladium illud exosculari nolunt? nonne Romanus Pontifex, & quæ ab illo agitatur bestia? Quis denique ille est, qui sedem Imperatorum, magnam illam urbem, quæ imperium habet in Reges terræ, occupauit? nonne Romanus Pontifex? nonne Roma illa urbs est? nonne Babylon, quod antiquissimus etiam

contr. Iude. Tertullianus vidit, Romanæ urbis figuram portat?

contr. Mart. Régnum ergo Pontificium septiceps illa bestia est:
lib. 3. Pontifex purpurata foemina: ad cuius nutum cornibus bestia petit. Hæc bestia decem cornua habet, & septem capita: quia regnum conflatum est ex quarta Monarchia, & exteris Regibus atque principibus. Hæc bestia blasphemum os habet, blasphemii sturget: quia ex aureo illo metrericis poculo, quod execrabilis idolatria exundat, potavit & potat: quia M^uslam, & detestandum Missæ sacrificium, βδελυγμα trā substantionis (hoc enim illud Lupæ poculum est) approbavit, approbat atque defendit. Hæc bellum nefarium omnibus mouet, omnes vbiique concusat, qui ex impuro Lupæ poculo bibere, transubstantiationi subscribere, itaque à fide deficere nolunt. Hæc vincit & vincet (quid enim vnicum cum tot victorijs comparata strages?) quoad exactum fuerit præscriptum illud à Deo tempus. Hæc vñà cum Scorto illo Sanctorum Christi que Martyrum sanguine ebria est. Hæc vñà cum Lupa & fidelio illo

I
li illo Parastata, falso Propheta, bicorniq; bestia, cælitus
repressa, sempiternis tormentis subiicitur.

Quod si hic istius, tum meretricis, tum bestiæ, futurus
est exitus: si peccatorum & plagarum illius participes fu-
turi sunt quicunque Babylone sive Româ non egrediun-
tur: felicester & amplius omnes eos qui egrediuntur, &
Romanæ idololatriæ valedicunt: felices Basilienses, feli-
cem totam illam Heluetiam, quæ egressa est, & iam olim
impuris istis apostatis renunciauit: infelicissimos autem
& iterum infelicissimos omnes illos, vbiunque terrarum
sint, qui aurei illius poculi vino obruti, ex ebrietate illa
non expurgiscuntur, terrore splendoreque poculi, & me-
retropicis dementati, cum bestia perire, sempiternisque
supplicijs adiudicari malūt, quām cum agno in æternum
imperare.

Apoc. 18.

Apoc. 17.

Hæc de intestino illo Sanctorum hoste paucis, pro epi-
stola ratione: cetera clarissimo viro, Theologo since-
riSSimo, Ioh. Iacobo Grynæo relinquens: in quo utrum
eximiam eruditonem, an pietatem singularem, admi-
ter, ignoro.

Nunc ad vos, Magnifici Domini, veniendum esset,
aliorum more. Sed virtutes vestras, insignem pruden-
tiam & diligentiam in rebus domi forisque, bello & pace
administrandis, singularem in complectendis literatis
humanitatem, in Scholis & Ecclesijs recte constituendis &
producendis studium & amorem, res denique præ-
clarissimè gestas, seu, quod amplius est, fidè & pietatem,
nouit cum Rheno Tiberis & Arar, nouit totus Mundus:
quæ si prædicare vellem, potius forsitan obscurarem, quām
illustrarem. Benè valete: & in album eorum me referte,
qui benè mereri de vobis cupiunt.

Hædelberga, Idib. Sextil. 1588.

A

P R A E F A T I O.

BRIVS QVAM ad Gregorium venio: & di-
sceptationem meam ab illius criminatione
vindico: paucis instituti mei rationem placet
exponere. Tricennium iam est, cum commenti-
tum istius, quâ ad nos, fundamentum confu-
taui: idq; nullo modo mei ostentandi, ut iste mi-
hi exprobrat, sed solius veritatis afferende, causa: qui non igno-
rabam, Gregorium istum, sicut de Vbiquistis triumphabat, ita
de nobis quoque triumphatis, ni responderetur, gloriaturum.
Confutauit igitur illud: & confutauit modeste: virtutem in hoste
quoque commendans: sed tantum abest: ut modestia mea quic-
quam apud ferocem istum Hispanum efficerim: ut quò ego mo-
destior sum: eò Hispanus iste sit impudentior. Res non ita insolens.
mendacium enim veritatem ferre non potest: nec quic-
quam est: cui minus cum veritate conueniat, quam mendacio:
qua causa est, cur iusta defensione substitutum conuitius etiam &
lapidibus se tueatur.

Hinc etiam est, quod vanissima Vbiquitati equior sit iste
Gregorius, quam solidæ veritati. Vbiquitatem enim, & id gene-
ris alia, cum Vbiquistis disceptans, placidus est: nobiscum autem
de Eucharistia disputans, adcofurit & irascitur: ut aliis nos ti-
tulis & encomiis ornare non possit, quam ut ineptos nos vocitet,
indoctos, stupidos, insanios, mendaces.

Scilicet hæc istius Societatis modestia est, & laruata sanctitas:
& hæc Theologica respondendi ratio. Atqui meminisse istum,
saltē illius suis socij, Rosenbuschij præcepti oportebat: quo præci- Contra
pit: ut Theologorum scripta non fætoribus & cōuiciis, sed instar Osandr.
myropoliorum optimis quibusque fragrantissimisq; referta sint
odoribus.

Etsi itaque Gregorium istum eodem, quo ille tum me, tum
magnoz illos viros, Zwinglium, Oecolampadum, Caluinum,

Martyrem, Bezan, tractat, excipere modo possem: ne tamen similiis istius sm, stultoq; secundum stultitiam respondeam: age denuò, qua par est, modestia, veritatem ab istius cauillationibus vindicabo. Simul operam dabo: ut cuius appareat: uter nostrum, egone, quod Gregorius in sua p̄fatione iactat, an potius iste Gregorius, mala fide agat, ineptus sit, indoctus, intricatus.

Ceterum, cur isti denuò respondeam, eadem causa est, quæ fuit, cur illi primum responderem: Cur autem è tribus illis, quos nunc edidit libris, tertium duntaxat ex professo refutem, id facio: tum, quod hic duntaxat ad me nominatum & ex professo pertinet, ceteris duobus ad alios, eosq; diuersos, qui me patrono haud quaquam egent, spectantibus: tum, quod nihil ferè, nisi nugas, fabulas, & miracula commentitia, nullies iam refutata, continent: tum, quod plurima eadem cum iis sunt, quæ inter nos disceptantur, & quæ isti ruentibus, simul ruent: tum, quod non pauca ex illis quoque libris, pro oblata occasione, huc arcessenda nobis erunt: tum denique, quod, si libros illos ex professo refutarem, mea non suo sed alieno, loco propugnarem: itaque vel idem aliquoties repetere cogerer: vel me non satis viderer vindicare. Ac quia Gregorio placuit, disceptationem meam quinque capitibus complecti: placet quoque nobis, totidem & iisdem banc nostram absoluere vindicationem.

R. E.

CAPVT. I.

RESPONSIONESILLAS
VINDICANS: QVIBVS TRIA GRE-
GORII PARERGA SVNT
profligata:

N vestibulo suæ disputationis de medio tramite Gregorius iste gloriabatur. Scripsit enim, errorem Pontificium, seu ut ipse loquebatur, Ecclesæ Christi, puta, Romano Pontificia, confessionem medium esse inter sententiam nostram, & errorem Vbiquisticum, de præsentia corporis Christi. Cùm enim Vbiquistæ illud vbique diffundant: nos autem in cælo duntaxat iam illud, & vno quidem tempore in uno duntaxat loco esse credamus: effici videtur, Pontificios medio gradi tramite: qui illud nec vbique, nec in uno duntaxat, sed in pluribus locis, in cælo & Eucharistia, simul esse profitentur.

Vt ostenderem, Gregorium istum, in hoc medio tramite perquirendo, non satis fuisse circumspectum, primò respondi, si verum esset, quod Vbiquitaria Apologia præ se fert, cùm generalem Vbiquitatem se tradere negat, locum non habituram medium Gregorij confessionem: cùm, extremo labascente, mediocritas simul quoque labascat. Simul adieci, me hîc Gregorium vrgere nolle: quod, etsi verbis generalem Vbiquitatem Vbiquistæ difficileantur, re ipsa tamen eam statuant, & inculcent.

Quid ad hæc noster iste Goliath? *Venio in spem, inquit, Fortunatus, fore, ut causam contra te in hac omni disceptatione obtineam.* quâ sic Gregori? quandoquidem

inquit primum mihi à te obiectum crimen, tu ipse diluis. Ecquod verò, Gregori, crimen tibi obieci? num inconstantiam Vbiquitariæ doctrinæ, vel illius ignorantiam, tibi obieci? an potius ita credulum te iudicaui, qui protestantibus Apologetis fidem sis adhibiturus? nihil minus. obieci tibi, quod non satis vigilatis, & circumspectus fuoris: quia, si circumspectus, in hoc tuo tramite constituedo, fuisses: cautione & anticipatione aliqua vsus fuisses, ea scilicet, quam nos tibi ostendimus, eos quidem id præ se ferre: aliter tamen & sentire, & docere. Hoc si fecisses: locum non habuisset mea reprehensio: quod eò magis tibi faciendum erat: quod nosti, si modò nosti, Philosophum crebrius, in re quoque manifestissima, Philosophica vti cautione: hanc solum ob causam: ne non satis circumspectus fuisse videatur. Sicut igitur Apologetis fidem adhibendam esse negaui: ita te non prorsus excusaui: manetq; firmum, te non satis fuisse circumspectum: qui quod obiici tibi poterat, non præuidisti.

Secundò respondi, si maximè extreum istud firmum sit: non tamen solam Pontificiam opinionem medium esse: quod complures Lutherani sint: qui corpus Christi nec in cælo tantùm nobiscum, nec ubique cum Vbiquitariis, sed in cælo & Eucharistia simul ponant.

Ad hoc Gregorius, nihilo magis hoc est contra me. nec enim ego scripsi, nullos Lutheranos profiteri bac de confessionem, vlo modo, medium inter vestrum errorem Calvinisticum, & alterum illum Vbiquisticum: sed affirmavi certè, confessionem Orthodoxam Ecclesiæ Catholice esse medium inter utrumque errorem, tanquam inter duo extrema.

Affirmasti, & affiras iterum, Ecclesiæ Christi, seu Orthodoxam Ecclesiæ Catholice Cofessionem medium esse. Vel itaque sola media est: vel non sola. si hoc: non est, quod de medio tramite glorieris: cùm vobiscum iis communis

C A P V T P R I M U M.

7

munis sit, qui ab Ecclesia, vestra opinione, sunt extorres: si illud: Lutherani illi Ecclesia sunt, & de Ecclesia: qui medio cum Ecclesia tramite gradiuntur.

Sertis autem cùm cōcedis, eos aliquo modo medium
hac de re confessionem profiteri. ad rem enim præsentem
quod attinet, non aliquo tantùm, sed omni, siverum est
quod tu contendis, modo medium confessionem profi-
tentur: quia non de modo præsentia, sed absolutè de præ-
sentia corporis Christi, an in uno duntaxat, an in omnibus,
an in multis locis præsens sit, quæstio est: id quod tu ipse
mox confirmas: cùm in extremæ meæ responsionis ca-
uillatione scribis, de obiecto, seu quibusdam locis, Eccle-
siam affirmare, quòd in ipsis tantum sit corpus Christi.
Non modus itaque præsentia spectatur: sed locorum sim-
pliciter fit comparatio.

Manet iterum firmum, Gregorium nec àntè, nec jam,
cùm Lutheranos ad Catholicam Ecclesiam admisit, cir-
cumspectum fuisse. Sed fortè etiā mox Ubiquitarios ad-
mittet, à nobis edoctus, utramque, tam *παντοχώσιαν* quām *in discepi. p. 26.*
παντοχώσιαν, Pontificiorum esse progeniem.

Extrema mea responsio, eaque solida & perfecta, fuit,
duo contradicentia medium non admittere. patet ex ha-
rum rerum Magistro. Cùm itaque duo singularia enun-
ciata, cuiusmodi sunt, corpus Christi ubique est: corpus
Christi non est ubique: item ista, corpus Christi uno eo-
demque tempore in uno duntaxat loco est: corpus Christi
uno eodemque tempore non est in uno duntaxat loco: cō-
tradicentia sint: affirmavi, medium hic statui non posse:
& tam eam opinionem, qua multis in locis simul statui-
tur, quām illam, qua ubique diffunditur, extremitatem es-
se: aliam enim locorum in se, & extra enunciationem, cō-
sideratorum rationem esse: aliam in enunciatione: sicut
alia subjecti vel attributi scorsum ratio est: alia, quā alte-

1. post. cont.
13. 5. phys.
cont. 26. & 6.
phys. cont. 41.

rum

CONTRA GREGOR.

rum alteri attribuitur, siue totius enunciationis.

Ad haec Gregorius iste, dupliciter sententiā aliquā spectari posse: uno modo, ex parte ipsius assensus, hoc est, vt in assensu siue conceptu (sic iste loquitur) mentis, affirmante vel negante consistit: altero modo, ex parte sui objecti, hoc est, vt affirmat vel negat aliquid de hac aut illa re: priori modo nullam sententiam, ab alijs per affirmacionem vel negationem discrepantem, medium inter illas esse posse: posteriori medium esse posse.

Hic iste, vt luci tenebras offundat, enunciatum, de quo inter nos quæstio est, sententiam vocat: attributum obiectum. Noui quidem, Aristotelem obiectum subiectum alicubi nominare: sed ubi attributum, siue τὸ κατηγορεῖν obiectum vocet, hoc verò non memini.

Distinguit igitur iste inter enunciatum, prout mente concipitur, seu, vt ipse loquitur, prout in assensu siue conceptu mentis, eoque vel affirmante, vel negante, consistit, & inter enunciatum, prout aliquid de aliquo affirmat aut negat.

Inepta distinctio. nōnne enim aliquid de aliquo affirmat aut negat, & vt affirmans & negans aliquid de aliquo mente concipitur, si spectetur, prout in conceptu mentis affirmante vel negante consistit? nōnne enunciatum omnne, siue ἀπορεύειν, siue ἐδίαγεναι, aliquid de aliquo affirmat aut negat? nōnne obiectum quoque bifariam considerari potest: quā in mente & notio quædam est: & quā extra mentem est? Quantò rectius crassus iste Logicus fecisset, si dixisset, enunciatum duplice ratione considerari posse: uno modo, vt in mente, altero, vt extra mentem est, prolatum, vel scriptum: Vel, vnum & idem enunciatum duplice modo considerari posse: ratione totius enunciati, & omnium eius partium habita; & ratione solius attributi. Distinctio itaque Gregorij inepta est.

Sed

CAPUT PRIMUM.

9

Sed ineptius longè quod subiicit, si priori modo, quâ mente concipitur, enunciatum spectetur, nullum enunciatum inter duo medium esse posse: eò quod nulla notio, siue, ut iste loquitur, nullus conceptus mentis, qui ab aliis per affirmationem aut negationem discrepat, ab uno minus distet quâm ab alio: siquidem à quolibet summè & extremè, per distantiam contradictionis, distat.

Hic tot errata ferè, quot verba. Ut perspicue deprehendantur, exemplo rem declaremus. Duo ista enunciata, Omnes Hispani superbi sunt: Nulli Hispani superbi sunt: tum, ut extra mentem & prolata sunt, tum vt in mente, menteque concepta sunt, medium habent, Quidam Hispani sunt, vel non sunt, superbi. codem modovnicus locus & omnia loca tam in mente, quâm in oratione, medium habent, quâdam loca. Causa est, quia verba notionum, seu, ut Aristoteles loquitur, affectionem animi, notæ sunt, notiones rerum. notiones itaque res, verba notiones consequuntur: & quod de verbis verum est, id de notionibus verum est: quod de notionibus, de rebus & idcirco quidem tum de notionibus, tum verbis, verum est: quia verum de rebus: quas tum notiones, tum verba cōsequuntur. Si itaque res contrariae sint: medium habent: quia contraria medium habent: & quia res contrariae medium habent: etiam earum notiones id habent, & notionum notæ, verba, & orationes. Falsum igitur est quod ait Gregorius, nullam sententiam, vt mente concipitur, inter alias medianam esse posse, falsum itidem, quamlibet sententiam, vt mente concipitur, à qualibet extremè, contradictionibusque distantia distare: cùm rerum contrariarum notiones contrariae duntaxat, non contradictionis distantia distent, qua solæ contradicentium rerum distantia notiones.

*de Interpr.
cap. I.*

Liquet ex his, qua fronte mihi Gregorius Aristotelem

B

non intellectum obiiciat. quin iste rerum istarum prorsus ignarus est. ait Aristotelem, cùm contradictionem medium habere negat, de contradictione loqui, ex parte notionum, quâ mente concipitur. ergo ne, Gregori, putas, contradictionem, prout extra mentem est, medium habere? Video te, ne quidem quid medium sit, nedum quid sit medium habere, intelligere.

Medium est quod inter duo opposita interuenit: & si-
cūt opposita duplicitis generis sunt, simplicia, & coniuncta
sive enunciata: ita medium quoque geminum est, simplex
seu vnica res: & coniunctum, seu enunciatum. exemplum
illius, album: nigrum: medium inter hæc, puniceum &c.
exemplum istius: Omnes homines literati sunt: Nulli ho-
mines literati sunt: medium inter hæc, Quidam homi-
nes literati sunt. Medium autem habete, vel recipi-
re illa duo dicuntur, quæ ita sibi vicissim opponuntur, vt
non necesse sit, alterum inesse vel verum esse. ita non se-
quitur, istud album non est, ergo nigrum: & è contrario.
potest enim puniceum esse, cœruleum. eadem enuncia-
torum ratio est. Duo contraria enunciata in materia con-
tingenti medium habent: quia non alterum verum, alte-
rum falsum, sed utrumque falsum: quo fit: vt tertium in-
terueniat, quod veritatem continet, & inter verum & fal-
sum discriminat. Contradictionis, eiusque tum simplicis,
tum coniunctæ, alia ratio est. Cum enim contradictionis
altera pars perpetuò vera sit, altera falsa: nullum plane
medium admittit. Sic inter ista duo, doctus: non doctus:
itidemq; inter ista duo, omnes homines literati sunt: qui-
dam homines non sunt literati: medium aut tertium e-
nunciatum nullum intercedit, quod inter verum & fal-
sum discriminat; quia hæc ita pugnant: vt perpetuò alte-
rum verum sit, alterum falsum. Hæc contradictionis na-
tura est. Hoc ore pleno Philosophus, vt de interpretibus
taceam,

CAPUT PRIMUM.

II

taceam, pronunciauit, cum dixit, *Contradiccio autem oppo-*^{1. Post. contr.}
sitio est, quae per se medium non habet, & alibi, Contradictionis^{13.3. phys. cor.}
autem nullum medium est. Dices ne igitur amplius, Grego-^{26.}
 ri, duo Contradicentia medium habere, Aristotelemque,
 cum medium illis negat, ex parte duntaxat notionum id
 illis denegare? Nonne vides, ἀσπινδον πόλεμον inter duo cō-
 tradicentia esse? Nónne quoque iam didicisti, sententiæ
 prolatæ, & mente conceptæ, ad rem præsentem quod at-
 tinet, eandem esse rationem?

Stat itaque fundamentum nostrum, totaqué nostra,
 qua medium Gregorij tramitem disiecimus, ratio: Duo
 enunciata contradicentia medium nullum admittunt: Duo
 enunciata singularia, quibus idem de eodem affir-
 matur & negatur, cuiusmodi sunt, corpus Christi uno
 tempore in uno duntaxat loco est, corpus Christi uno tem-
 pore non est in uno duntaxat loco, contradicentia, & vi
 contradictionis prædicta sunt: quare medium non ad-
 mittunt: cuius cōfectorium est, vanissimam esse medium
 Gregorij confessionem.

Sed, inquit iste Gregorius, ego ex parte obiecti, hoc est
 attributi, siue ratione locorum, in quibus Christus suo
 corpore esse perhibetur, sententiam Catolycam medium
 affirmauit: idque rectè: quia sic reuera media est: & quia
 antiqui quoque Patres, Ambrosius, Basilius, Nazianze-
 nus, simili modo, ex parte obiecti, sententiam Ecclesiæ, de
 vnitate naturæ, personarum autem in diuinitate trinitate,
 medium inter sententiam Iudæorum & Gentilium pro-
 nunciarunt. Simul me perstringit, quod nesciens quam
 vim haberet, confessus sim, quædam loca medium quid-
 dam esse inter unicum, & omnia vniuersa loca.

Ego verò non nesciens, Gregori, sed probè, quam vim
 haberet, sciens, illud affirmauit: ut sibynam tuam, non
 dum iactam, repellerem: ostenderemque, me magis, quam

te, fuisse circumspetum: qui iaculum meum non præudi-
disti. Obiectum tuum nihil ad rem. De integris enuncia-
tis, non de solis obiectis vel attributis, quæstio est. Affirma-
ui, & affirmo: inter duo contradicentia enunciata, cuius-
modi quoq; sunt, cùm de vno & eodem individuo idem,
citra ambiguitatem, affirmatur & negatur, aliud enun-
ciatum medium non esse. Siue enim dicas, corpus Chri-
sti, puta, σωματικῶς, vt simpliciter corpus est, in multis lo-
cis est, siue, corpus Christi in omnibus locis est, contradi-
cis illi, quod est, corpus Christi in vno duntaxat loco est:
quia aliud nihil dicis, quām, corpus Christi non est in vno
duntaxat loco: quod illius est contradic̄tio. Ex parte vero
obiecti, vel solius attributi, enunciatum aliquid inter duo
medium esse, non est ipsum enunciatum inter enunciata
medium esse: sed duntaxat attributa inter se, vt extrema,
quæ medium recipient, comparari posse: id quod attributis,
non quā attributa & in enunciato sunt, seu ratione
enunciationis competit, sed per se & seorsum, extra enun-
ciatum consideratis.

Nihil itaque Patribus illis, quos citas, inuaris. nō enim
medium enunciatum inter duo contradicentia statuunt;
sed simpliciter inter πλυνθεον Græcorum, & inter blasphe-
miam Iudeorum, qui filium Dei negant, vt Basilius loqui-
tur, vel vt Nazanzenus, inter δημονιαν, & inter πενιαν θεό-
ντης, Deorum turbam, & penuriam deitatis, Ecclesiæ de
Nat. Dom. vno & trino Deo seu Patre & filio confessionem medio
Lib. de fid. quodam loco ponunt. Ambrosius autem ita quoque lo-
quitur: *Assertio autem nos. & fidei haec est, vt unum Deum es-
sed dicamus: neque vt gentes filium separemus: neque vt Iudei
natum ex patre ante tempora, & ex Virgine postea editum, de-
negemus: neque, vt Sabellius, Patrem confundamus & Ver-
bum: vt eundem Patrem afferamus & filium: neque vt Photi-
nus, initium filij ex Virgine disputeremus: neque vt Arrius plu-*

*Homil. cont.
Sabel. &
Arr.
Homil. de
Nat. Dom.
Lib. de fid.
cap. L*

res credendo, & dissimiles potestates, plures Deos, gentili errore, faciamus. Quid his cum nostra controuersia?

Quod siominino vis, contra apertam veritatem, ipsa met enunciata medium recipere, si eorum attributa me dium admittant: scito, tene hac quidem ratione prostratum tuum tramitem erigere posse. Tam enim nos, quam vos & Lutherani, & rectius quidem quam vtrig; vestrum, serio credimus & docemus, Christi corpus, uno eodemq; temporis articulo, in celo simul & in terra, in quam plurimi terræ locis, in quibus Eucharistia ritè celebratur, pra esto esse, vereque, & quam ad substantiam, à fidelibus manducari. Vbi nunc media tua confessio? Vbi alterum, quod comminisceris, extreum? Nec enim in ipsam et absolu ta præsentia (nam & nos, ut modò dicebam, Christi cor pus, quam ad substantiam, de quo postea, in cena præsens esse fatemur) sed in modo præsentiae, & manducationis, mediis trames est constituendus. In defectu peccant, qui Christi corpus, quam ad vim duntaxat & effectum, præsens esse, manducari que docent: in exuperantia, qui corpus Christi *το υπαλμως*, ut corpusest, carne & sanguine præ ditum, in & sub pane, vel panis specie, manducari tradunt: Medio tramite illi soli gradiuntur, qui neque solam vim aut effectum corporis absentis, nec ipsum corpus, ut corpus, corporeo modo, quo in celo iam duntaxat est, præ sens esse manducari que, & manducandum esse cum Capernaitis arbitrantur: sed qui illud reuera & sua substantia præsens esse, veraque percipi docent, sed quam traditum, eoque, quam *νοητόν* & *μετόν* corpus est, fide, non ore, apprehendendum. Sed de primo parergo satis. alterum sequitur.

Scripsit iste Gregorius, tam nos, quam Vbi uitarios, potissimum causæ nostræ præsidium in hypostatica duarum Christi naturarum vnione collocare. respondi, hoc de nobis falsissimum esse. Probat cōmentum suum Gre-

gorius, rationem, inquiens, à natura veri corporis humani ducitis: ergo in hypostatica vnione præsidium sententiæ vestræ collocatis. nego consequentiam, aliud enim est, à natura veri corporis, etiam illius, quod hypostaticè cum Dei Ratione vnitum est, rationem ducere: aliud ex ipsa hypostatica vnione. ne minimum igitur quidem, nedum potissimum, in vnione præsidium collocamus.

Sed analysin, & analyseos, & totius Logices imperitissimus, me docere vult iste Gregorius. Audi igitur, inquit, singulare, ut appellas, non Dei, sed Dæmonis organon. Verè singulare Dæmonis organon audio, Gregorium. audiam nunc etiam, quo pacto Caluinus sit argumentatus. Placuit, inquit iste ex Caluino, Christum fratribus per omnia similem fieri, excepto peccato. qualis est nostra caro? nonne certa sua dimensione constat, quæ loco continetur, quæ tangitur, quæ videatur? & cur, inquiunt, non faciat Deus, ut caro eadem plura diuersaq[ue] loca occupet? insane. quid à Dei potentia apostulas, ut faciat simul esse, & non esse carnem?. & iterum, ea verè est carnis conditio, ut uno certo loco, ut sua dimensione, constet. ea conditione carnem induit Christus: cui, teste Augustino, incorruptionem quidem & gloriam dedit: naturam & veritatem non abstulit. hæc ex Caluino. De suo subiicit, Vides ne, Fortunate, argumentantem Caluinum ex modo & conditione unionis hypostaticæ?

Sicut antè, Gregori, singulare Dæmonis organon audiui: ita nunc illud ipsum video perfidiose Caluini verba truncare: vt alia illius ratio, quām sit, esse videatur. Lectorem moneo: vt ipsum Caluini locum, quem breuitatis causa huc non transcribo, inspiciat. reperiet, Gregorium istum & initium, & cum primis medium, argumentationis Caluini fallaciter præteriisse: ne vis ratiocinationis appareret.

Posteaquam Caluinus dixisset, non de potentia, qua nimis

lib. 4. Inf.
cap. 17. sect.
24.

nimis abruptè *avvagias*, patroni abutuntur, sed de voluntate Dei, quæstionem esse: sic deinde contra *avvagias* patronos argumentatur: Quod Deus voluit illique placuit, id factum est: Christum fratribus per omnia, peccato excepto, similem fieri, Deus voluit, illique placuit: ergo fratribus, quâ ad carnem, similis factus est per omnia, peccato excepto. Maiorem & minorem in Caluino habes. hinc aliud argumentum deducit, à natura carnis nostræ sumtum: Qualis nostra caro est, ad naturam & essentiam quod attinet, talis etiam est caro Christi: Nostra caro certa sua dimensione constat, loco continetur, tangitur, videtur: ergo & Christi. Sola minor ponitur. Verùm quia modo conclusæ rationi obiici poterat, Deum sua omnipotentia efficere posse, vt eadem caro plura diuersaque loca occupet, vtque nullo loco contineatur: respondet, hoc pacto ratiocinans: Deus sua potentia non facit, vt caro simul sit & non sit caro: ergo neque facit, vt diuersa loca occupet, vt loco non contineatur. antecedens in illis verbis est *Insanæ*, &c. consequens in obiectione continetur. Antecedens confirmatur: Deus non facit, vt lux simul lux sit & tenebrae: ergo neque, vt caro simul sit & non sit caro. antecedens ibi, *perinde ac si in stes*. probatur, quia lucem lucem esse vult, tenebras tenebras: exigeréque, vt lux lux sit & tenebre, aliud nihil est, quâm ordinem diuinæ sapientiæ peruertere. Post hæc primi enthymematis antecedens aliis verbis, & non nudum, iterat, carnem igitur carnem esse oportet, Spiritum Spiritum, vnumquodque qua à Deo lege & conditione creatum est. hinc idem ferè, quod primo enthymemate conclusit, hoc pacto efficit: Vnum quodque ea lege & conditione est, qua à Deo creatum est: Carnis ea conditio est, hoc est caro ea lege & cōditione à Deo creata est, vt vno certoque loco, vt sua dimensione, vt sua forma, constet: his itaque constat, Maiorem & minorem.

in Caluino habes. Extrema sectione denuò Lutheranam diluit obiectionem. Obiici poterat, rationem allatam, de carne quidem concludere: sed non de carne Christi; huius enim aliam rationem esse: quòd à Christo, seu filio Dei, in unitatem personæ sit assumta. respondet, non aliam Christi quoque carnis rationem esse: quòd eādem conditione, quæ carnis conditio est, certo scilicet loco, sua dimensio-ne, sua forma constans sit assumpta. probatur ex Augustino: quia sicut gloriam hac vniōne consequuta est: ita naturam & veritatem non amisit. Hæc Caluini ratio est. ita Caluinus, sic alij argumentantur: ex natura veræ carnis & corporis: non vniōne hypostatica. Tūne, Gregori, analysin me doceas? Nonne vides, non nos ex vniōne rationem ducere: sed rationem ex ea ducentibus ora obturare? Vter nostrūm mentitus est? vter quæ dicit & scribit non intelligit? Præstola mur autem tibi, dum quod de Scriptura polliceris, præstes. haec tenus enim id nondum præstisti.

Ne putridum istud Gregorij fundamētum solum rueret, alia duo, illius scilicet fulera, simul ruere voluit. Scripsit, nos ita cælo vniq[ue] loco Christi corpus includere: ut extra illum nusquam, yllo modo, præsens id esse dicamus. dixi, calumniam esse. respondet, *Quasi verò non intelligeres, tu Fortunate, de qualia nam Christi præsentia loquar &c. loquor de præsentia corporali & reali, in propria vel sub aliena specie. hanc Christi præsentiam in sacramento à vobis negari, testis erit hæc tota nostra disceptatio.*

Insanis ne Gregorij hæccine tibi idem sunt, nullo modo usquam præsens esse: & non hoc modo & præsentia, quam vos singitis, præsens esse? de modo præsentia, quem nos cum Scripturis statuimus, suo loco. Hoc alterum est.

Alterum est, quòd commentitiū illud, ex vniōne sumum argumentum, dupli ci nos ratione confirmare scripsit: quarum altera sit, quòd ne per absolutam quidem

Dei

Dei potentiam fieri queat, vt vnum aliquod corpus amplius quam in uno loco praesens sit eodem tempore: altera, quod praesentia in uno tantum loco vnum ex naturalibus corporis attributis sit. Ac quia prior ratio non argumenti consequentiam, sed vel antecedens, vel potius consequens ipsum, probat: visus mihi est utraque ratione antecedens argumenti probare velle, quod hoc erat: Natura humana sic diuino verbo hypostaticè unita est, ut nihilominus ex vero corpore constet, veriq; adeo corporis proprietates & naturalia attributa retineat: idcirco scripsi, posteriorem rationem cum antecedente concurrere, idem eodem confirmari. Quia verò iam paulò prudentius entymema suum construit: geminamque suam rationem consequentiæ rationem esse dicit: age, & hoc, quam rectè dicatur, paucis despiciamus.

Argumentum Caluini tui, inquit iste, huiusmodi est: Christus veram carnem humanam, & naturalibus suis proprietatis affectam, induit: ergo Christi caro unico tantum loco continetur.

Ne huiusmodi quidem est, Gregori, nedum hoc. non ita ratiocinatur, non ita probat Caluinus: sed eo, quo nos docuimus, modo considerentur illius verba. Verbis illis, ea conditione carnem induit, nihil probat: sed exceptionem excludens, quod vniuersè de carne conclusit, ad Christi quoque carnem accommodat: & in summa hoc dicit, etiam Christi carnem certo loco, sua dimensione, sua forma, vtv in unitatem personæ assumta sit, constare: quod vno gloriam quidem illi contulerit: naturam autem illius non abstulerit. Atque hoc ipsum tu ipsem, veritate coactus, in priori tuo entymemate & scripto, pleno ore affirmasti, cum scripsti, natura humana sic diuino Verbo hypostaticè unita est, ut nihilominus &c. audiri vocem, nihilominus? nostin' quæ illius vis sit? tanta veritatis vis est. En-

10 CONTRA GREGOR.

thymema itaque tuum cum gemina tua probatione in Caluino nobis ostende. Sed ostendes, ubi Toletus tuus siuos in Aristotele syllogismos monstrabit: ad Calendas scilicet Græcas. nonne verò vides, si maximè id, quod singulis, Caluini argumentum esset, eum tamen non ab vnione, sed à carnis veritate, seu à carne quidem vniita, sed non quâ vniita, sed quâ vera caro est, argumentari?

Supereat tertium Gregorij parergon, Iudaicum illud Quomodo. Obiiciunt isti nobis impium Iudaicum & Capernaicum: quòd de execranda sua idolatria quomodo queramus. respondi, eos nihil contra nos probare: quòd vel ex maiore in prima particulari ratiocinentur: vel ~~opacum~~ fallaciam admittat: idque propterea: quòd interrogatio ista quomodo pluribus modis accipiatur. Ac tametsi mihi satis erat indicasse, eam non unico duntaxat modo sumi: tres tamen percensui: quos cùm Gregorius iste non vidisset, duos tantum me percensere existimauit: quæ causa est, cur me pugnantia scribere dicat.

Ego verò, Gregori, cùm interrogationem istam, Quomodo, Patribus cum hæreticis depugnatibus, & ipsi quoque Christo, familiarem esse scripti, interrogationē istam intellexi, non ut pia admiratio est, cum discendi studio cōiuncta, quomodo à Sanctis in Veteri & Nouo testamento usurpata est (quid enim Christus, & à quo, disceret? quid itidem Patres ab hæreticis?) sed ut aduersarium urget & premit. Duo igitur illis verbis quomodo complexus sum: quod vel ex eo colligere poteras, quòd de extremo Caper-nitarum quomodo verba faciens non scripti, alterum igitur, sed aliud igitur. Quòd autem duo diuersa quomodo in unum quasi conieci: id tui ingenij explorādi causa feci: & feci secutus Aristotelem: qui crebrius duas & tres rationes in unū coniicit, ut unica ratio esse videantur. Si exempla desideras: Cōmentarium meum in Acroasis consule.

Vt itaque plana res sit, & plana vestri *Quomodo* vanitas, sicut habeto. Interrogatio ista, *Quomodo* ad rem præsentem quod artinet, tribus cum primis modis usurpatur: vt pia admiratio est, cum descendit studio coniuncta: vt aduersarium, sicut alia quævis interrogatio, vrget & premit: vt execratio est, quæ aliquid detestatur: quæ execratio gemina esse potest, veritatis, & mendacij. Primo modo usurpata simpliciter pia est: altero, partim pia, partim impia: pia, si orthodoxus hæreticum vrgeat: impia, si hæreticus orthodoxum: extremo, itidem pia, & impia: pia, si mendacium & idololatriam quis detestetur: impia, si veritatem. primi modi exemplum illud Deiparae est, *quomodo id erit?* *Luc. i.*
 alterius illud Christi, *quomodo ergo David spiritu eum Dominum suum dicit?* item illud Tertulliani, *quomodo ergo legitimus que impossibilia apud homines, possibilia apud Deum?* *tertij, impiam quidem, illud Capernaiticum, pium autem nostrum.* *Matth. 22. de resur. carnis.* *Joh. 6.*

Ex his responsio patet ad vestrū *quomodo*: Qui interrogant *quomodo*, impij sunt Capernaitæ: Calvinistæ interrogant *quomodo*: ergo. Negamus consequentiam: quia fallacia est homonymia. Ut enim maior Vniuersalis sit, de impio execrationis *quomodo* accipiatur necesse est. Quia vero minor non de impio & Capernaitico execrationis, sed vel de Christi & Sanctorum Patrum, quo aduersarius premitur, *quomodo*, vera est: vel certe de *quomodo* execrante: sed pio: quo idololatricum commentum execramur: apparet, captionem esse ὀμωνυμίας, quanihil efficitur. patet hinc, me pugnantia neque scripsisse, neque scribere. patet, me non mentiri, neque sine mente loqui, cùm scribo, nos Sætorum Patrum *quomodo* usurpare. patet, cur Deiparae *quomodo* memorem. pater, cur non consequatur, Nostrum *quomodo*, quo vestræ idololatriæ βολεύμα detestamur, pia admiratio non est cum

descendi studio coniuncta; quare Capernaiticum illud est. Quod porrò sic argumentaris, Capernaiticum Quomodo est illud, quod est cum indignatione & execratione mysterij verbis Christi testati: Vestrū quomodo est huiusmodi: Capernaiticum igitur: eo inscitiam & malitiam tuam prodis. Minorem enim negamus, non mysterium, Christi verbis testatum, sed illius corruptelam & peruer-sionem, mendacium vestrum, detestamur. Quod verò te

Bk. cap. 3.

suprà probasse scribis, nos mysterium, Christi verbis testatum, execrari, falsissimum est. nunquam, & nusquam, id probasti: nec vñquam, vel vñquam id probabis: vt inseque-
nostra, qua institutionis verba disceptabimus, demonstra-bit disceptatio. Cetera quæ effutiisti, nihil ad rem. nunquam, & nusquam, negavi, verbis illis, *hoc est corpus, præ-fens Christi corpus significari, Emblemata tua tua sunt.*

CAPVT II.

RESPONSIONES ILLAS VINDI-CANS, QVIBVS ARGUMENTA,
pro ~~m̄māx̄sia~~ allata, profili-gata sunt.

PRIMO omnium scripsi, monstrorum istorum commentum, quo fingunt, Christi corpus sub speciebus sua quidem affectum esse quantitate, sed non, vt belli scilicet isti rerum & verborum Magistri loquuntur, quantitatù, è Scripturis non haberi: natu-ram veri corporis abolere: contradictionem implicare. Contrarium Gregorius iste monstrare conatur: ac è Scrip-tura quidem illud colligi, sic ostendit: *Si ipsum Christi cor-pus sua quantitate præditum, est re ipsa præfens sub speciebus pa-*

nis

CAPUT SECUNDUM.

nis & vini in Eucharistia, omnino est in illis non commensurata. sed totum in illis totis, & totum in qualibet illarum parte. At Scriptura docet verissimum esse illud prius, ut manifeste ex verbis, hoc est corpus meum, & hic est sanguis mens, supra lib. i. monstrauimus: igitur ex Scriptura etiam habemus, verissimum esse posteriorius. Connexum in praesentia non moror: minoranego. institutionis verbis eam neq; primo libro monstrasti: neque hoc tertio monstrabis: quod suo loco patebit. Manet itaque portentum vestrum è Scripturis neque habeti, neque colligi.

Naturam veri corporis prodigioso isto dogmate non aboleri, duobus modis probat: altero, quod etsi diuinitus alias quidam alicubi subsistendi modus, qui supra naturam corporis est, Christi corpori competit, hoc tamen modo alter, qui corpori vi & natura corporis conuenit, ut scilicet circumscriptum sit, utque locus illud dimetiatur, à corpore non separetur. Circumscrip^tio enim & commensuratio in loco, inquit iste, non qualicunque modo, sed quatenus est quidem ex vi & natura corporis, proprietas est naturalis corporis sicut τὸ γέλασικὸν hominis.

Certissimus sum, Gregori, nescire te quid dicas. quid enim sibi vult illud tuum quatenus, quatenus naturalis proprietas veri corporis est: quatenus est quidem ex vi & natura corporis? intelligis ne quam vim particula ista quatenus habeat? nonne restringere id, cui adiicitur, solet, & aliquid excludere? ens, quatenus ens, subiectum est primi Philosophi. ens, quatenus mobile, non quatenus ens, subiectum est Naturalis. homo, quatenus homo, γέλασικός est, homo, quatenus animal, sentit. vis. ne itaque circumscriptionem duobus modis considerari posse, quatenus veri corporis proprietas est, & quatenus non est veri corporis proprietas? ergo τὸ γέλασικόν quoque, par & impar, & omnis affectio per se, duobus modis considerabitur: qua-

CONTRA GREGOR.

tenus affectio & proprietas est, τὸ γέλασιν quidem hominis, par autem & impar numeri: & quatenus non est affectio vel proprietas. eadem enim omnium ratio est. quis igitur ille modus est, quo par & impar numeri, τὸ γέλασιν hominis, circumscriptio corporis, proprietas est: quis ille, quo proprietas non est? quatenus denique circumscriptio ex vi & natura corporis est, & quatenus ex ea non est? quatenus τὸ γέλασιν ex natura hominis, & quatenus non ex hominis, sed Arcadici pecoris natura est? Quid etiam vis hæreticis istis obstrepit aculis? quid it idem illis, quæ subiicis, nam nusquam est non commensuratio, pura, corpus Christi, ex vi quidem & natura sui corporis: sed vi atque potentia diuina supra hanc naturam sui corporis? Vis ne circumscriptio ita, & tunc demum, veri corporis essentia, non proprietatem esse, cum alicubi propria vi, vi corporis est; cum autem alicubi est non vi corporis, sed potentia diuina, circumscriptio illius proprietatem non esse? Sed unde id probas? Nonne essentiale accidente essentiam ex necessitate sequitur, semper inest, & ne cogitatione quidem à subiecto est separabile? Nonne τὸ γέλασιν homini ob rationem inest, siue hominis, siue bestie, more degat? nonne par & impar numero, è quod ex unitatibus collectus sit, siue in auro, siue plumbo, siue bobas, siue asinis sit? Non ergo ratione modi, quo corpus subsistit, circumscriptio illius proprietas est: sed ratione essentiae, ratione triplex dimensionis, quam ex necessitate sequitur: adeo, ut essentia & natura corporis aboleatur, nisi loco sit circumscriptum: de quo iam iamque plura. An non proprietas, utpote effectum, posterior eo est cuius est proprietas? an corpus proprietatem istam, ut loco continetur & circumscribatur, idcirco habet, quia ubi est, ibi loco circumscribitur, vel quia ibi est ex vi & natura corporis; an idcirco ex vi & natura corporis locoque circumscriptum?

scriptum est, quia hoc illi proprium est, atq; ita proprium, vt sine eo corpus esse non possit? Circumscrip^tio igitur, essentiale corporis accidens, & cum eo corporis essentia aboletur, si corpus alicubi non circumscrip^tum singatur: quacunque tandem vi præsens esse singatur.

A mūta, quam intempestiuè huc arcessis, te nihil iuuat ad distantiam prouoco. ac sanè aliam illius, aliam circumscriptionis, rationem esse, ne tu quidē diffiteris: cùm scribis, circumscriptionem intimam, id est, dūrāpus, quòd loco contineri corpus possit, siue, vt tu loqueris, ordinem, aptitudinem, & potentiam, corporis ad circumscriptionem in loco, à veritate corporis separari non posse. Contrà verò tam pati posse, quam pati, tam dūrāpus, quam aetus, à corpore gloriose separatur.

Scire itaque debes, Gregori, circumscriptionem corporis absolutè, quâ corpus, corpus scilicet Mathematicum est, non Physicum, proprietatem & accidēs esse: quia corpori ob trinam dimensionem, non ob materiam & accidentia physica, competit: & accidens non commune, sed perse secundo modo, esse: quod non deperit, nec quâ ad dūrāpus, nec quâ ad actum: nisi ipsamet corporis deperat essentia: pati verò, velut ægrotare, sanari, variare, interire posse, non corporis Mathematici, sed Physici & naturalis, & naturalis quidem inglorij, quod hīc sub Luna est, affectiones esse: quo fit, vt cùm corpus naturale siue psychicum Spirituale fit, inglorium gloriosum, & cælis omnibus sublimius, etiam affectiones illæ, quæ psychico & inglorio corpori competebant, in spirituales & gloriosas commutentur. Pati itaque posse, similesque proprietates, à corpore separantur: quia inglorium gloriosum fit, Psychicum spirituale: locus & circumscriptio non separantur: quia corpus, vt corpus est, trina dimensione prædictam, corpus manet, & in Spiritum non immutatur. Intel-

ligis, Gregori, quo pacto vera corporis natura aboleatur, sic circumscrip^{tio} actu ab eo tollatur: quæ tamen non aboletur, si ab infirmitatibus, & huius vitæ conditionibus, vindicetur. Sed hac de re plura capite tertio.

Alter modus, quo idem Gregorius ostendere conatur, nihil melior est, nec multum ab isto discrepans. Ne aboleretur quidem, inquit iste Gregorius, necessariò veritas corporis Christi, etiam si circumscrip^{tio} ab illo separaretur, quatenus proprietas corporis est, atque ita multò minus iam aboletur, quādo hoc non sit. De tuo quatenus, Gregori, dictum est: nunc antecedens negamus. probas, Circumscrip^{tio} enim in loco non est intrinsecum & essentiale quiddam vero & quanto corpore: cùm sit quiddam posterius. Quod corpore posterius est, id ei internum & essentiale non est: Circumscrip^{tio} quiddam corpore posterius est: ergo ei non internum & essentiale.

Nego consecutionem, quia sophisma est homonymie. Maior de posteriore tempore duntaxat vera est: minor de posteriori naturâ: quomodo Categoría Situs & Vbi posterior est Categoría Substantiæ & Quantitatis. Quòd si per posterius quodvis posterius, & tempore, & naturâ posterius, intelligis: maiorem negamus. Quòd si denique concludere vis, circumscriptionem in loco internum & essentiale corpori non esse: eò quòd essentiam corporis non constitutat: totum argumentum concedimus. Sed hinc nequaquam sequitur, circumscriptionem corpori nullo modo internam & essentialem esse.

Circumscriptionem, vtque loco corpus continetur, accidens esse per se secundo modo, & ad corpus se habere, vt τὸ γέλασιν ad hominem, par & impar ad numerum, rectum & curuum ad lineam, priori scripto demonstrauit: & tum ex eo perspicuum est, quod corpori ob trinam dimensionem competit, quam necessario comitatur: vt

plenio

pleno ore Philosophus affirmauit: tum ex innumeris Philosophi locis, quibus docet, omne corpus ex necessitate in loco esse, sicut in omni loco necessariò corpus est: locum & corpus aequalia, neutrum altero vel maius, vel minus esse. Hoc accidens, quod per se est secundo modo, accidēs cūm sit: utique pars essentialis non est, nec essentiam subiecti constituit: essentiale tamen nihil secius est subiecto: quia sicut inter subiectum & attributum primi modi nexus est essentialis & definitionis: sic inter subiectum & attributum secundi nexus est essentialis & definitionis: quia non magis hīc attributum absque subiecto definiri potest, quam in primo subiectum sine attributo. Acquia utriusque modi subiecta & attributa essentialiter, ut definitio & res definita, cohærent: idcirco tum Commentator aliquid tres duntaxat per se modos memorat: tum ^{1. Post.com.} ^{30.}
 Philosophus primis duobus per se modis vnum duntaxat ex accidente opponit: significare volens, eos, et si docendi causa in duos tributi sint, vnum tamen reuera duntaxat modum esse; qui illa enunciata comprehēdat: inter quorum partes nexus est essentialis. Sicut ergò primi modi attributa neq; dūrāper, nec actu, separari à subiectis suis possunt, nisi subiectum euertatur: ita secundi quoque modi neque dūrāper, nec actu separari possunt: quia eodem, quod illa, nexo cum subiectis cohærent.

Ac sanè vel discriben illud quod inter hoc accidens, & accidens commune est, id nos docere poterat. Sicut enim commune accidens est, quod adesse, vel abesse, potest citra subiecti interitum: ita hoc est, quod citra illius interitum abesse non potest. hoc enim est per se & non ex accidente esse.

Liqueat hinc, et si circumscrip̄io corporis pars essentialis non est: eam tamen nihil secius corpori essentialem esse: cūm ei per se insit secundo modo.

lib. 4. Phys.

cont. 76.

3 Phys. cont.

48. 49. 54. 55.

lib. 4. Phys.

cont. 13. 30.

Liquet, accidens istud, quod per se est secundo modo,

1. Post. com. recte à Commentatore essentialis accidens appellatum
31.1. cal. com. esse: quia cum subiecto essentialiter cohaeret. Hæc plana
1.5. & alibi. sunt, Gregori, nihil hinc intricatum: nihil inuolutum: quia
 veritas lucem amat: vestra autem intricata sunt, inuoluta
 obscura: quia mendacium lucem odit & fugit. Hæc e-
 gregiè, ut Damascenum, & alios Patres mittam, intelle-

Contr. Her- xerunt Tertullianus, Cyrus, Augustinus. sic enim Ter-
mog. tullianus, dans autem locum bono & malo, corporalia ea facit,
 faciendo localia: quia quæ locum habent, prius est ut corporalia

sint. denique incorporalia proprium locum non habent, nisi in
 corpore, cum corpori accedunt. Quicquid itaque corporatum
 est, id in loco est. sic Augustinus, nam spacia locorum tolle cor-
 poribus, & nusquam erunt: & quia nusquam erunt, nec erunt.
 Ita Cyrus, nam si vere sectionem & partitionem diuina na-
 tura, ut illi dicunt, reciperet: intelligeretur & corpus: si autem
 hoc: & in loco omnino, & in magnitudine & quantitate: & si
 quanta facta esset: non effugeret circumscriptiōnem. Enī subie-
 & tum, quantum: & accidens illius essentialis, circumscri-
 ptionem: quod tam arcto cum suo subiecto nexu coha-
 ret: ut si Deus ipse quantus esset, circumscriptus etiam es-
 set: quod argumento est: accidens istud nec physicè nec
 hyperphysicè tolli, nisi subiectum simul tollatur.

Hinc omnia, quæ tum hinc subiiciuntur, tum post afferes, fa-
 cilè diluuntur. falsum est, omne prius sine quo quis posterio-
 ri, Dei potentiam, conseruari: quæ essentialia non discepit:
 quia nunquam suæ rationis instituta conuelliit. falsum est,
 circumscriptiōnem actu à corpore, vim ad ridendum ab
 homine, separari posse. Quem ad modum enim par & im-
 par a numero neq; duvāper, nec actu, separari potest: quod
 numerus numerus esse desinat, si nō actu par aut impar sit:
 ita circumscriptio à corpore, vis ad ridendum ab homi-
 ne, neque duvāper, nec actu, separari possunt: quod corpus
 corpus.

ad Dard.

de Trinit.
dialog. 2.

corpus, & tria dimensio, homo homo, & ratione prædictus, esse desinat, nisi corpus actu circumscriptum, homo actu sit $\gamma\epsilon\lambda\alpha\sigma\mu\zeta$. Causa est, quod eadem primi & secundi per se modi ratio est: cum unus reuera modus sint. Vbi ergo numerū nobis dederis, Gregori, qui actu par aut impar non sit; etiam corpus dabis, quod actu non sit circumscriptum.

Ad extremum monēdus hīc es, Gregori: ut, ante quam Categoriarum aut Logices imperitiam aliis obiicias, ad Scholas Grammaticorum te conferas, & ab illis prima Grammatices elementa discas. es enim admodum impeditus Grammatices: qui discriminem inter adiectua nomina, & aduerbia illa, intrinsecus, extrinsecus, nondum didicisti. Quid ergo nobis Logicum, quid Philosophicum, quid Theologicum, de te polliceamur?

Maneat ergo firmū, portentoso vestro modo, quo Christi corpus in hostia non circumscriptum, per substantię modum, totum in tota hostia, & in quavis hostiæ parte, ponitis, veri corporis naturam aboleri & funditus euerti: maneat denique firmum, eo contradictionem, cāmque multiplicem, implicari.

Nam quod de duplice quantitatis modo garris, id contradictionem non modò non tollit: sed etiam auget: & præter vanissima & impudētissima impudentissimorum Sophistarum obstrepitacula, quibus luci tenebras offundere volunt, nihil plane continent. Ais, *duplicem esse modum Quantitatis: alterum intimum & esse entialem ipsi, qui consistit in hoc, ut per eam partes substantie corpore & minime sint inter se confusa, sed aliae extra alias, in ipso quidem corpore, ut collum extra humeros, caput extra collum &c. iuxta hunc modum dicere aliquod corpus quantum alicubi esse non per modum quantitatis, implicatio contradictionis esset. sed hac nos non dicimus. Afferimus enim, corpus Christi in Eucharistia secundum se qua-*

dem esse sua quantitate extensum, & habere alias extra alias partes. alter modus quantitatis est ei accidentalis & extrinsecus: qui existit in quadam coextensione quantumcum loco. iuxta hunc modum nos dicimus corpus Christi quantum esse in Eucharistia, non per modum quantitatis, videlicet accidentalem. hoc autem minimè contradictionem implicat.

Intelligis ne verò Gregori, quid dicas, aut quid dicatis? Aut quis quæso sanx mentis est, qui non videat, Sophistas istos in hæretico suo modo excusando velut murum in pice hærcere, & quod magis expedire se conantur, eò magis sese implicare?

Dicunt isti, corpus Christi sub hostia, & quavis illius parte, quantum quidem esse: sed non quantitatim. respondi, eos contradicentia dicere: quod idem de eodem affirmant & negent. Qui enim quantum alicubi, non ut quantum est, siue non per modum quantitatis, qui modus est circumscriptionis, utvel ex Cyrillo liquet, esse dicunt: item eandem quantum simul esse aiunt & negant. aufer enim quanto modum, sine quo quantum quantum non est: & quantum ipsum sustuleris. Gregorius autem iste simplici hac contradictione, qua quantum alicubi esse dicitur, sed non per modum quantitatis, non contentus, eam excusando geminat. ait enim, corpus Christi sub hostia tum quantum esse, tum per modum quantitatis: itaq; per modum quantitatis simul, & non per modum quantitatis: per modum essentialium: non per modum accidentarium. nōne verò hæc meræ contradictiones sunt, ipsa vanitate vaniora effugia, Scotisticis tenebriscoiores distinctiones, sine teste, sine ratione, ab ista collunie in huc solum finem conficit, ut negligentibus (simplicibus enim non imponit) oculos præstingueret?

Sed multis modis erras Gregori, geminū istum Quantitatis modum comminiscendo. erras, cum formam & essen-

essentiam quanti, modum illius appellas. erras, vel certè male loqueris, cùm essentiale illius accidens itidem modum nūcupas. Priore enim ille tuus essentialis modus, quo corpus, sive corporea substātia, partes extra partes habet, & vt Aristoteles loquitur, tria dimensione prædita omniq[ue] ex parte extenta est, ipsamē corporis essentia est: lib. 4. Phys. cont. 8. & lib. 3. cont. 43.

posterior, vt corpus loco æquale, id est, circumscriptum locoque contentum sit, essentiale illius accidens. perinde igitur loqueris, ac si dicas, hominis duos modos esse: alterum, vt ratione: alterum, vt vi adridendam præditus sit. erras, quod posteriorē modum, hoc est, essentiale accidens, separabilem statuis, & accidēs hoc in ordinem communium accidentium redigis: quo simul corporis essentiam euertis: & contradictionem inuoluis: quia corpus corpus simul esse ait & negas: vt ex illis liquet, quæ modò de huius accidentis natura diximus. erras, quod nihil essentiale esse putas, nisi quod pars est essentiæ, & essentiam rei constituit.

Quæ de candore subiicis, eiusdem sunt farinæ: & sicut contradictionem, quam ego obieci, nō tollunt: sic ad rem nihil planè faciunt. Quod albor, sive candor, aspectum dispergat, seu vt tu loqueris, visum disgrerget, id candoris natura est & essentia, non modus essentialis. Da iam accidens essentiale: & non magis, quām ipsamē essentia, separari à candore poterit. Quod de candoris extensione scribis, vanum est: itidemque quod inde exstruis. Negamus enim essentiale accidens à subiecto suo separari: & quemadmodum separari nequit, nisi forma separetur: ita communicari cum nulla re potest: nisi forma cū ea communicetur. Quod cùm ita sit: contradictionem manifestam inuoluitis, cùm Christi corpus quantum quidem sub hostia statuitis: sed non vt quantum, aut quanti modo, sed modo substantiæ simplicis, vt totum sit in tota hostia,

& in quavis illius parte: aliudque nihil dicitis, quam album album esse per modum nigroris, nigrum nigrum per modum candoris: & in summa lucem lucem simul esse & tenebras, corpus corpus & Spiritum.

Vbi enim tu, Gregori, didicisti, & vnde probas, totum in toto & in quavis parte totum esse simplici substantiae accidentarium esse, quantoque communicari accidentarie posse?

Totum in toto & in quavis parte totū esse, proprium est Spiritus & substantiae simplicis, non corporis humani. humano corpori proprietatem istam assigna: & essentiam Spiritus illi assignaris, corpus atque carnem in Spiritum transformaris, contradictionem implicaris: quia rem eandem carnem simul esse dicas & Spiritum. Adeo ne cæci estis, vt videre non possitis, hæc duo, vt Christi corpus in Eucharistia secundum se, vt tu scribis, sua quantitate extentum sit, & partes extra partes, situque discriminatas habeat, alibi collum, alibi ventrem, & vt totum in tota hostia, & in quavis minima parte totum sit, simul stare non posse? Habet-ne ibi partes extra partes, alibi collum, alibi ventrem? ne Angelicus quidem intellectus profundum istud assequatur. Quòd si situ discriminatas partes in hostia, Christi corpus habet (situatas enim situ naturali

Apud Dio-
nys. Carthus.
in 4. lib. sen-
tent. distin.
10. quest. 1.
Vide Dio-
nys. Carthus.
in lib. 4. sent.
dist. 10. quest.

Thomas appellat) quæ causa est, cur ibi non vt in loco sit & circumscriptum? Nónne quicquid situm est, id in loco est? nónne situs loci est consectarium? nullus vñquam hereticus tam hereticum, tam subtile, tam multiforme, non situm: iam sine quantitate: mox cum quantitate, sed sine modo quantitatis: iterum cum quantitate, sed non omni: totum sub tota hostia: sed sub nulla illius parte, priusquam frangatur, totum: iterum totum sub tota hostia, & sub quavis illius parte totum. agnoscin', Gregori, Romanæ tuæ Ecclæ-

clesiæ constantiam & consensionem?

Atque his satis superque planum me fecisse puto, quod & quantis contradictionum labirinthis se inuoluant miseri isti Antichristi emissarij. Superest, ut argumentum quoddam Gregorij, quod velut extremam manum esse voluit, paucis dissipemus. *Id omne, inquit, Deus potest facere, quod sine repugnantia & contradictione potest intelligi: at ut essentia rei alicuius sit detracto & variato quocunque illius accidente, quod sit ea posterius, & extra illam, sine contradictione potest intelligi: igitur potest diuinitus fieri, ut quemvis essentia sit absque quocunque illius accidente, ac etiam, ut alio quodam modo accidentaliter sit affecta.* Negamus minorem. Verum quidem est, ratioque concludit, de accidente communi, quod citra subiecti interitum tam abesse, quam adesse potest: sed non de accidente essentiali, siue perse secundo modo. Causam audiuisti.

Euerso fundamento erroris Pontificij de præsentia corporis Christi in Eucharistia, & præcipuis illius fulcris: difficile non erit, cetera quoque omnia, tum fulcra, tum quæ superfundamentum ædificata sunt, quippe quæ iam maxima ex parte iacent, demoliri.

Argumentum I.

Primum Gregorij pro *màximis* argumentum erat, Christi corpus, uno eodemque tempore, in pluribus locis diuinitus esse posse: eo quod aliquando in pluribus, in celo simul & in terra siue prope terram, diuinitus fuerit, ac in celo quidem & in terra simul aliquando Christi corpus fuisset, ex sessione ad dextram, & visionibus illis, quibus Apostolo visus esse Christus dicitur, ostendere conabatur: ex sessione quidem, illud ex quo in celum assumptum est, nullo temporis momento celo absuisse, vel abfuturum es. sc: ex visionibus autem illud in terra, siue prope terram fuisset.

Respondi, neutrum ex necessitate cōsequi: optionem tamen dedi, vt alterutrum eligeret, cūm neutrū deberem. hanc meam liberalitatem ingratus iste Gregorius inconstantiam vocat. Age igitur, Gregori, denuò quæ aduers despiciamus.

Vis probare, Christū suo corpore (de Christo enim, quā Deus est, nullum dubium) in cælo simul & terra fuisse. unde verò id probas? quia, inquis, ex quo Christus, videntibus Apostolis, in cælum assumptus est, nullo temporis momento vel absuit, vel absfuturus est, corpore scilicet, a cælo: donec iterum adueniat, iudicaturus mundum: interim tamen aliquando p̄sens in terra vel prope terram fuit, corpore nimirum. Cedo demonstrationem, qua hæc duo demonstras. Christus sedet ad dextram, donec &c. Consedit in dextra magnitudinis in cælis: constitutus est ad dextram: est sursum ad dextram Dei sedens: ergo ita suo corpore in cælo est, vt nullo momento cælo abiit, absuerit, vel absfuturus sit, anteaduentum ad iudicium.

*Psal. 110.
Hebr. 8.
Ephes. 1.
Colos. 3.*

t. Cor. 15.

Nego consequentiam. Tantūm sequitur, ipsam sessionem, hoc est, interprete Apostolo, regnum Mediatoris, quod totus Christus, quā homo, & quā Deus est, administrat, firmum & perenne esse: id quod firmum & perenne est: etsi Christus cælum ad momentum suo corpore deserat. Atque hoc regnum, & hēc sessio, non solum ad aduentum usque, sed etiam in finem, vt tu loqueris, usque dum regnum Patri tradat, firma & perennis est, ac erit: etiam tunc, cūm in nubes iudex descendet: quia iudicium hoc regni illius pars est. Quod si tunc sessionis ad dextram firmitas & continuatio non interrupetur, ubi in nubes iudex descendet: etiam non interrumpitur, si maximè ad momentum cælo suo corpore absit. Et plus igitur, quā debes, & angustioribus, quā par est, terminis sessionem concludis.

Quod

Quòd illa Apostoli verba, quæ sursum sunt querite, à me *Colos. 3.*
 præterita quereris, miror. Gratias enim mihi potius agere
 debueras, quòd tibi pepercferim. Videamus, quantum opere
 tibi faueant. Ita priori tuo scripto ratiocinaris: Christus
 est ad dextram Dei sedens: quare quæ sursum sunt queren-
 da & cogitanda sunt. Concedo. hoc enim Apostoli est. cr-
 go Christus semper ad Dei dextram in cælo sedens fuit. &
 hoc concedo. vbi verò hic tuum momentum, quòd ne ad
 momentum quidem extra cælum sese patefecerit?

Nequeverò frustrà, quod hoc posteriori scripto vrges,
 in cælo Christus quæreretur, si maximè ad momentum
 extra cælum se patefaceret: quia in cælo ordinariè quæ-
 tendus est: quia quærere istud non momento fit, sed in
 tempore: quia in cælo semper, vt Deus est, & Deus quidem
 carnem indutus, inuenitur. Quanquam superna quærere,
 non restè ad Christum, seu potius illius corpus, restringis.
 Supernam enim quærere, sapere, non est tantùm Christi cor-
 pus sursum iam quærere: sed superna quærere, sapere, est
 supernis & cælestibus cogitationibus atque meditationi-
 bus, de Deo, de Iesu Christo, Deo & homine, vnico nostro
 redemptore, Seruatore, Sequestre, de vita æterna, & no-
 stra patria, cælestique politeumate, occupari, iis delectari,
 cælestis patriæ desiderio teneri, &, vt vno verbo dicam,
 mente & animo assidue in cælo, non in terra, versari: id
 quod fieri posset, si maximè Christus cælo suo corpore ad
 momentum abefset.

Nónne verò, Gregori, si superna, non terrena, quæren-
 da sunt, eò quòd Christus iam sursum est in cælo non in
 terra, impiè, & contra Scripturam, à cælo in terram suo
 corpore à vobis retrahitur? nónne, si sequitur, Christus
 sursum est, ergò superna quærere: etiam sequitur, Christus
 hic in terra est, ergò quæ in terra sunt quærere? non minus
 enim ista, quam illa, consequutio firma est: nec minus isti,

quām illi congruit quod Apostolus subiicit, *quia vita ve-
stra abscondita est cū Christo in Deo.* nōnne verò vos illi estis,
qui nos ad illa ipsa terrena, quæ à nobis quæri non vult A-
postolus, reuocatis, cùm dicitis, ne tangas, ne gustes? en-
quantopere tibi illa Apostoli verba faueant.

Liquet ex his, Gregorium suum illud momētum prio-
ri scripto planè non probasse. Quin potius, si ipsum sede-
re, confessisse, constitutum esse ad dextram in cælis, ita fir-
mum & stabile esse vult ratione corporis, vt corpus Chri-
sti nullo vñquam momento extra cælum fuerit, concede-
re cogitur, ipsam sessionem, quâ certum corporis situm
declarat, firmam & stabilem esse.

Sed, inquit iste, per sessionem non situm corporis, sed
regiam & iudicariam Christi potestatem intelligo. rectè,
Gregori. Sed hæc toti Christo competit: firma & peren-
nis est, et si corpore ad momentum cælo absit. Et sicut ve-
rum est quod dicas, si quidem quod dicas rectè intelligis,
cælum nunquam fuisse, vel futurum esse vacuum à Chri-
sto, eiusmodi potestate prædicto: ita falsum est, eum suo
corpore ob sessionis firmitatem nunquam, dum ad dex-
tram præsidet, à cælo motum iri: quia ad dextram præsi-
dens iudicaturus est viuos & mortuos, iudicariam pote-
statem executurus. Atque hæc de illis Gregorij ratiuncu-
lis, quas priori scripto attulit.

Ceterum cùm videret, se illis & parum profecisse, &
parum proficere posse: alias duas rationes hoc posteriori
suo scripto adfert: quas profectò si priori libro attulisset,
plus effecisset, quām illis, de quibus dictum est. Prior ratio-
illud Petri dictum est, *quem oportet cælo capi, usque ad tempo-
ra restitutionis omnium.*

Actio 3.

Hanc rationem Gregorius iste proferre non potest,
quin Beza criminetur & pungat: *Beza Calvinianus*, in-
quit, *vertit è Graeco capere*, id est, verbum δέξασθαι interpre-
tatus.

tatus est capere. At qui non capere, sed capi, Patres secuti-
tus, & perspicuitati studens, vertit. Et cur tibi verbum
istud capere, siue capi, displicet? An illi duntaxat capi tibi
dicuntur, qui in carceres detruduntur? Si hoc esset: vobis
cum primis vox ista conueniret, qui Christi corpus dete-
stabilibus illis vestris aediculis & vasibus captiuum deti-
netis. Crede mihi, Gregori, vim Græci vocabuli verbo ca-
pi vel capere longè melius exprimi, quam tuo, siue tuo-
rum, suscipere. Et si Græcè legere posses: iuberem te, se-
cundum Scripturas, in quibus vocabulum istud δέχεσθαι
crebrius occurrit, etiam disputationem Aristotelis de lo-
co & inani consulere: & inuenires, quæ istius vocabuli vis
esset. Ad rem.

Dicto Petri, et si momentum forsitan excipi posset, om-
nino euincitur, Christum vero suo corpore, quam verum,
carnibus & ossibus præditum, corpus est, posteaquam in
cælum assumptum est, ita cælo contineri: ut alibi iam non
sit, quam in cælo: nec prius in has inferiores partes, seu in
ærem descensurum, quam ad iudicium veniat, omnia re-
stituturus. Ita sentio: ita sensi: certusque sum, Christum
suo corpore, ex quo in cælum ascendit, in terra, vel prope
terram, nūquam fuisse: eosque tum apertis Scripturis ad-
uersari, tum cælesti Christi consuetudini inuidere, qui ve-
rum illius corpus, post exantlatos labores & huius vitæ
miserias, è cælesti gaudio, è summo cælo, à quo contine-
tur, περίχεται καὶ κατέχεται, vt Iustinus loquitur, in has infi-
mas terræ partes, in miseriarum vallem, retrahunt. Hoc
priori statim scripto tibi respondissem: si vel hoc Petri di-
ctum, à quo procul dubio tibi metuisti, vel firmas, quibus
id demonstrasses, rationes attulisses. Ratiunculas itaque
tuas, non rem ipsam, oppugnauit: quod demonstrare velle
videbaris, quod non probabas. De hoc ergo tuæ confir-
mationis membro satis: alterum sequitur in visionibus.

Cap. 15. Existimat iste Gregorius , Christum vero suo corpore, ex quo sursum ad dextram consedit, hic in terra, vel propria terram, verè & *coepit* præsentem aliquādo fuisse. hoc verò simpliciter falsum est: & nullo Scripturæ testimonio, vel probabilitate, confirmari potest. Tria Gregorius attulit: unum ex priori ad Corinthios: ubi Apostolus scribit, Christum, ad extreum, sibi quoq; comparuisse: reliqua duo ex Actis: ex nono, vicesimo secundo, & vicesimo tertio, capite. respondi, & euici, testimoniis istis non effici quod vult Gregorius.

Pag. 57.

Quid verò Gregorius? Calumniatur, me Scripturæ circumstantias non fideliter retulisse. referam igitur ipsius verba. Sic enim postquam illa, quæ dixi, Scripturæ testimonia citauit, scripsit. *Habemus ex his, Christum aliquot annis post ascensionem visum esse ab Apostolo Paulo: & quidem ita visum ab eo esse, sicut visus est Cephe, sicut visus est Iacobo, sicut visus est plus quam quingentis fratribus & Apostolis omnibus, ut non minus ipse quam ceteri testimonium, magnacum certitudine & fiducia, reddere posset resurrectionis corporis, ut Chrysostomus probat, Domini nostri Iesu Christi. habemus item, ipsum non modo vidisse iustum, id est, Christum: sed ita vidisse, ut, quemadmodum Ananias testatur, audiuerit etiam verbum ex ore eius: idj. similiter, ut recte testificari posset quæ ipsem videt & audiuerat. habemus denique, Christum ab eodem Apostolo non eminus in calo stantem, sed sibi assistentem, ut Lucas testatur, auditum esse. Hæc de locorum illorum circumstantiis iste Gregorius.*

Pag. 74.

Has istius circumstantias hisce verbis percensui. *Hic* quatuor Gregorius urget: quod Paulus Christum, viderit: quod eum viderit, sicut Iacobus & ceteri, tum Apostoli, tum fratres, eum viderunt: quod verbum ex ore cius audiuerit: quod non eminus in calo stantem, sed sibi assistentem, audiuerit. Quid hic mala fide suppressum? scilicet illa Ananias verba, quia eris testis,

testis, &c. præterij. quæ sive rō de illis quæ viderat & audi-
uerat, testificari non potuerit, nisi Christum a latere stan-
tem habuerit: ut scilicet illi diceret, Quirie chære. Nónne
verò tuum illud *sicut*, quod primā tuā circumstantiā iam
inculcas cùm scribis, *visus est ita*, ut verè posset *Apostolus*
affirmare, se vidisse *presentem*, & *cominus*, *sicut* viderunt cete-
ri, fideliter retuli? sed carceris fortè vocabulum tacui. at
iam ante vinculorum mentionem feceram, num illam,
quam secundo loco memoras, circumstantiam præterij
visus est ei in ipsa via, qua veniebat? vbi hæc in illis tuis, quæ
recitaui verbis? num vel istam vel ceteras non confutau? num
dissimulaui Caluinum immerito abs te flagellari?
inspiciatur scriptum meum: & impudentia Gregorij de-
prehendetur. Quin immò seipsum mendacij arguit: cùm
ex templo verba mea subiicit, quibus suum illud, *sicut*,
confutau.

Summa eorum, quæ ad istius *sicut* respondi est, Chri-
stum non minus verè ab Apostolo visum esse, quam à ce-
teris Apostolis & fratribus visus sit: non tamen planè *sicut*
à ceteris: quòd ab his hīc in terra, adhuc in terra degens
& cum illis versans, quòd nondum ascenderat visus sit, ab
Apostolo verò postquam ascendisset, hoc est, cælitus in
celo non in terra, degens: eoque particulam istam, *sicut*,
nec apud Apostolum inueniri, nec apud Chrysostomum,
cuius autoritate Gregorius abutebatur.

Quid ad hæc iste Gregorius? *Egregia verò, inquit, est ista
tua consequentia, Christus ante ascensionem visus est ceteris
Apostolis, post ascensionem autem diuino Paulo: ergo non est ita
visus diuino Paulo, sicut, ceteris.*

Egregia verò tua frons, Gregori. Cur illa mea verba,
hīc in terra, adhuc in terra degens, in quibus vis rationis con-
sistit, malitiosè tacuisti? non enim, in ante & post ascen-
sionem, quamuis hoc ipsum sufficeret, rationem consti-

tui, sed in terra, & non in terra, quia post ascensionem sursum est non in terra.

Denuò itaque dico, Christū Apostolo non eo, quo ceteris visus est, quibus se videndum & palpandum præbuit, modo visum esse: quia ceteris visus est, hīc in terra subsistens suo corpore: Apostolo verò non hīc in terra, sed sursum in cālo constitutus. Circumstantiam adhuc nullam vidi: quæ euincat, Christum, cùm à Paulo visus est, corpore suo in terra fuisse. Tuum enim, *sicut*, nimis vanum est etiam tua ipsius confessione: qui fateris, eam nec ab Apostolo, nec à Chrysostomo planè, hoc est, illo modo usurpatam esse. quo enim, quæso, modo, seu quatenus ab utroque usurpata est: quo & quatenus non est?

Ceteræ tuæ circumstantiæ nihilo sunt meliores. Christus Apostolo visus est: visus est, vt esset testis idoneus resurrectionis: visus est in via: visus est astans: Apostolus ex illius ore verbum audiuit: Christus ergo corpore suo præsens in terra fuit Apostolo, in illo ipso, in quo Apostolus erat, loco.

Nihil minus sequitur. Visus est Christus Apostolo cælitus, *εγνώσθη, ὅπλασια καιρίω*, teste ipsomet Apostolo. Itaque Paulo in via iterque facienti, ipse non in via, sed in cælo visus est. astitit: in visione: verba ex illius ore audituit: *εγνώσθη: quod Paulo sufficiebat, vt idoneus esset resurrectionis testis.* Tantum igitur abest, vt ex his præsentia corporis Christi hīc in terra concludatur: vt inde contrarium efficiatur. Firmius ergò meum, *potuit*, est, quād tuæ sint circumstantiæ: quanquam non simpliciter scripsi, id fieri potuisse, sed id quoque factum esse. hæc enim, mea verba sunt: *Ac sanè ita se rem habere, quā ad aspectum, quā ad auditum, non obscurè liquet ex illis locis, in quibus profectionis Pauli Damascum, & visionis illius, de qua Ananias loquitur, mentione fit: quæ verba tu callidè præteriisti: vt te meo, potuit,* obli-

Pag. 7.b.

Act. 9. 22.

26.

oblectares. quamuis hoc ipsum sufficiat ad ostendendum, te nihil ex necessitate probare. quod enim aliter se habere potest, id necessarium non est: cuiusmodi illa esse oportet, quibus nostra fides inniti debet.

Sequētibus meis verbis paucis historiā illam profectionis, ex Actis memorauit: & in summa docui, quod ad illam visionem attinet, Christum non h̄ic in terra, sed cælitus Apostolo locutum & conspexitum esse: secundum alias hac etiam v̄sratione, quod si in terra præsto fuisset suo corpore, non minus à comitibus Pauli v̄sus & auditus fuisset, quām à Paulo.

Ad hoc iste, nego consequentiam: non enim si à Paulo comi-nus Christus v̄sus & auditus est, necessariò à comitibus Pauli videri & audiri debuit.

Cur id, Gr̄gori? nōnne corpus humanum & aspectabile, aspectui præsens, ab omnibus cernitur, quotquot oculos ad cernendum habent? sed teneri oculi possunt, ne videant: vt de illis legimus, quibus cum Ch̄ristus Emaun-Luc.24.. proficiscicebatur. rectè. sed h̄ic nihil tale Scriptura memorat: quæ non magis h̄ic illud tacuisset, si factum fuisset, quām alibi tacuit. Quamuis tu, quod modò dico, non dixeris: sed aliud: quod satis ostendit, te ad Scripturarum splendorem magis cæcutire, quām oculos noctuarum ad lumen Solis. Vbi enim, quæso, apud Lucam legisti, oculos discipulorum prohibitos vel detentos esse, postquam iam Dominus euanisset? nōnne, simul se comitem præbuit, eorum oculi tenebantur? nōnne, priusquam ἀφανῆς ab illis fieret, eorum oculi patescabant? & tu illorum oculos tum demum prohibitos & vi diuina impeditos esse dices, poste aquam ἀφανῆς ab illis factus est, vel vt tu periculose loqueris, euanuit? quid opus erat teneri oculos, ne absensem conspicarentur?

Miraculi tui scriptura quoque non meminit. stupesce-

bant comites: non quod, cum Christus Paulo loqueretur,
ab eo que videretur, ipsi eum nec audirent, nec viderent:
sed quod, ut Apostolus ipse met narrat, cælestis illius lu-
minis exuperantia circumfunderentur & prosterneren-
tur. hoc videntes stupecebant: & stupefacti, teste Luca,
vocem quidem audiuerunt: sed neminem viderunt.

*Act. 22.**Act. 26.*

Quid si hoc ipsum, Gregori, quod Paulus vidit, comi-
tes quoque videre? sanè, si loca illa, quibus illa Pauli pro-
fessio cælestisque visio memoratur, diligenter conside-
rentur: nō aliter Dominum Paulus vidisse videtur: quām
exuperantis illius luminis, quo subito prosternitur, ratio-
ne. Nam si ipsum Domini corpus vidit: vel illo momen-
to, quo lumen illud ingens conspicatus est id vidit: vel
dum prostratus humiliacet: vel dum & postquam erigitur.
primum probabile non est: idque tum, quod luminis
istius exuperantia illius oculi momento sic præstinguun-
tur: ut cernere nihil amplius possit: tum quod humiliacet
rogat, *Domine quis es?* quod non rogasset: si Dominum
vulnerato suo corpore conspexisset.

Act. 22.

Alterum & extreum minus sunt probabilia. Dum
enim humili prostratus iacet, audiuisse quidem dicitur: sed
nihil vidisse: quippe qui videre tunc nihil potuit. Quem-
admodum enim, dum erigebatur, nihil quicquam cerne-
bat: ita quoque dum humiliacet, ne quicquam videbat:
quod cæcitas ista splendorem & exuperantium luminis ex-
templo consecuta est, ipse met Apostolo dicente, *cum ve-*
rò non viderem ob splendorem illius luminis. Hoc non scribo:
quod litem cuiquam intendere hac de revelim: sed tan-
tum ut ostendam: aduersarium nihil prorsus ex hac visio-
ne pro suo commento euincere. non solum enim inde nō
habetur, Christum vero suo corpore in terra Paulo astitil-
se: sed ne illud quidem, quod ipsum Christi corpus in calo
a Paulo conspectum sit: idque non solum apodictice non
habe-

habetur: sed etiam non probabiliter: cùm contrarium, vt dicebamus, reuera sit probabilius. Nihilo secius tamen Apostolo verè Dominus apparuit: eiisque tum visus, quâ ad lumen illud, tum verè locutus est: quod satis erat, vt idoneus testis fieret resurrectionis. immò verò plus longè ponderis hæc cælestis visio habuit: quâm si in terra, in eodem, in quo Paulus erat loco, ei apparuisset.

Quod de via repetis, & tum priore scripto, tum paulò ante confutatum est, ostendit, frontem te perficuisse. In via Paulo Dominus apparuit: in via Paulo locutus est, hoc est, vt tum Lucas, tum ipsemet Apostolus, Ananiae *Act. 9.* verba interpretatur, Paulo proficiscenti iterque facienti, eoque in via constituto Dominus apparet & loquitur, sed cælitus non ex via, cælesti, non terrestri visione. ibi iustum vidit: inde ex illius ore verba audiuit, testibus, secundum Scripturas, etiam sanctis Patribus, Ambrosio & Augustino: quorum ille, Christum in cælo nō in terra visum, *in 1. ad Cor 15.* hic, de cælo non de terra locutum esse, disertis verbis te. *in Epist. Joh. tract. 10.*

mum in cælo: post oranti in templo. sic Augustinus, Iam non inuenis Christum loqui in terra. inuenis illum loqui: sed de cælo: & de cælo quare? quia membra calcabantur in terra. Persecutori enim Paulo dixit, Saule, Saule, quid me persequeris? Profectò nisi impudentiæ callum veræ carnis hostes obduxissent: nunquam rebus, adeò perspicuis, tenebras offunderent.

Quod enim ad hanc visionem, qua proficiscenti Paulo Dominus apparet, attinet: tam clarum est, cælestem visionem esse, Christumque de cælonon terra Paulo locutum & visum esse: vt clarius vix quicquam dici posse videatur. nihilo secius isti bellè corpoream Christi hîc in terra præsentiam ea se demonstrare posse existimant. sed quibus Scripturis? quibus Patribus? adeóne sterilis hîc est ager Jesuiticus: vt Patrem nullum proferat: & Patrum.

alioquin, & vitricorum feracissimus? Eādem verò quoque frōte Gregorius iste falsum pronunciāt quod scripsi, Paulum cælitus prostratum esse. nōnne verò cælitus prostratus est, si cælesti illo lumine, vel ut tu, Gregori, loqueris, luce de cælo circumfusus corruīt? nōnne turris, iēta fulmine, de cælo tacta est? nōnne qui sclopēto per fenestram vulneratur, de fenestra vulneratur? sed hæc lux, inquis, in cælo non māsit: sed in via refūlit. etiam fulmen in cælo vel aëre non manet: sed per aërem, per ligna, per saxa, pertinet. illa lux, inquis, quæ in via refūlit, à comitibus visa est: quamvis non nisi à Paulo visus fuerit in ea luce Christus: cuius præsentis potentia est prostratus. nugæ, Gregori. ostende, si potes, vbi vel Lucas vel Apostolus dicat, Christum suo corpore in lumine fuisse. ostēde vbi dicant, Paulum potentia Christi, in terra præsentis, prostratum esse. An cum lumine ipsum quoque Christi corpus cælitus in terram momento delatum est? an momento corpora gloria mouebuntur? sed quo pacto cælitus in terram cum illo lumine delatum est, si cælo, usque ad tempora restitutionis omnium, continetur? Quòd si delatum est, quo modo continenter in cælo permanit? num in illo lumine simile illi, quod in cælo manebat, corpus est generatum? an potius illud in cælo ita fœcundum est: vt simile corpus, veluti splendorem & radium ad nos transmittat? sed qua ratione quod in lumine ad terram corpus erat, vnum & idem cum eo fuit quod in cælo permanit? num continuum illi fuit? O monstrum humani corporis!

Cp. 15.

De hac itaque visione, qua Christus in via Paulo apparuit, satis de ceteris videamus. Illam ergo, cuius in priori ad Corinthios Apostolus meminit, eandem cum ista, de qua diximus, esse: & hanc ab Apostolo innui, cùm sibi omnium postremo visum esse Dominum scribit, planè dubium non est: & Ambrosius, verbis modò citatis, in il-

lum

lum locum testatur: quod ipsum Gregorius iste fatetur. eadem igitur vtriusque ratio est: quæ autem visionis in via ratio sit, expositum est.

His, & ceteris, quibus cōtra Gregorium sum argumen-
tatus, aliud nihil respondet, quām quòd dicat, se ex circum-
stantiis illius loci, i. Cor. 15. probasse, testari ea loco Apostolum,
se Christum ita vidisse, quo modo eum alij Apostoli viderunt,
presentem in terra. Quid Apostolus testetur, quid iste pro-
barit, quām verum istius ita & sicut sit, patet ex antecedentib-
us, nobis in præsentia satis est, eandem huius, cuius
prior ad Corinthios meminit, visionis, & illius in via ra-
tionem esse. de illa ergo visione seu patefactione, qua ap-
p̄t̄ cognouit Apostolus, non amplius labore. Tuūm, non
secus, non secus atque reliquias Apostolis, Scriptura non habet.
realem visionem concedimus: corpoream quoque non
inficiamur: cælestem verò fuisse, nō terrestrem, è Scriptu-
ris discimus.

Quòd te visionem illam, cuius posterior ad Corinthios Cap. 12.
meminit, commemorasse negas: mequé falsò id tibi im- pag. 8. a.
peglisse scribis: in eo tui similis es. nōnne enim expresse il. pag. 5. b.
lam commemorasti, cùm ita scripsisti, Sed nōnne, dicet ali-
quis, raptus illo tempore Apostolus est usque ad tertium cælum?
&c. Etsi ergo cum ceteris, veluti commenti tui funda-
mentum, hanc non coniunxisti: mentionem tamen illius
fecisti: quod mihi satis fuit, ad ostendendum, quod propo-
situm erat, te scilicet trinam duntaxat visionem percen-
sere: sicut etiam num satis mihi est, ad impudētiā tuam
patefaciendam. sed maior tua, Gregori, impudentia est,
quòd nō tantū falsum, sed falsarium quoque dicas quod
de Ambrosio hisce verbis scripsi, Certè Ambrosius, bis tan- pag. 8. a.
tum Dominum Apostolo apparuisse scribit: in cælo: & in tem-
plo, in ecclasi. quid hīc falsarium? immò quid minima quo-
que dignū reprehensione? nōnne duas duntaxat visiones

in I. Cor. 15.

memorat, cùm ait, *apparuit illi primum in calo: post oranti in templo?* si ergò duas duntasat memorat: nónne recte verissimèque scripsi, cum bis tantùm Dominum Apostolo apparuisse scribere, id est, geminam duntasat visionem percensere: sicut de te quoque scripsiferam, te trinam tantùm percensere? quasi verò particula *tantùm* cum verbo *cribit* construi nequeat. qua denique fronte scribis, me locum istum Ambrosij non citasse? nónne locum in margine citaui *in 1. Cor. 15.*? inspiciatur prior octauæ pagina facies. an ille dolo malo agit, qui loca annotans, verba non semper annotat? atqui non semper necesse est ostendunt ista, te & exulcerato esse animo: & quod respondeas non habere,

Superest locus ille Actorum 23. ex quo maximè se argumentatum esse dicit. respondi, hunc quoque locum apodicticum non esse, hoc est, necessariò non concludere, Christi corpus in terra Paulo astitisse : eò quòd aliis rationibus ei astare potuerit : in primis quidem in visione : quo inter ceteros, modo Prophetis olim se solebat patefacere. ac quia ex hypotheticum isto disputans, verbo standi supra Paulum, usus sum: idcirco nunc iste, non tantum vim verbi Græci, sed ipsum quoque verbum, ignorans, certè verbum ēπιστὰς, inquit, non superstare, sed adstare seu adesse, ut alias passim eo loco significat. Si nugari vellem, vt Gregorius iste nugatur, responderem, Participium, ēπιστὰς, neque superstare significare, neque adstare: sed hanc ipsius verbi ēφράγμα vim & significationem esse. Sed mihi satis est, quòd & huius, & aliorum vocabulorum, quicm ad modum & rerum vim rectius intelligam, quam iste Gregorius.

142, L.P.

Quæstio est, inquis, quo modo adfuerit. respōdeo, eum
eodem modo hīc Paulo, illius animandi & confirmandi
causa, adfuisse: quo idem Dominus eidem Paulo, itidem
cum cōfirmans, alibi adfuit, in visione scilicet. hoc modo
totus

totus Christus, vt Deus & homo, adesse potuit: sed hoc non est in terra vel prope terram esse: sed typum & imaginem sui ita phantasiaz imprimere: vt ante oculos præsens esse videatur.

Habes ita, Grægori, responsum & solidum & perspicuum: ex quo non solum intelligis, quantopere visiones illæ, quas vrges, tibi patrocinentur, & quam artificiosè & exquisitè terrestrem illam tuam presentiam demonstraris: sed etiam, an certi quid habeam quod respondeam. Quod enim priori scripto in utramque partem tecum disputavi, optionemque dedi, vt, cum neutrum deberem, alterutrum eligeres: id non feci, quod existimatim, Christum post ascensionem, vero suo corpore, quam absolutè corpus est, hic in terra unquam fuisse: sed vt intelligeres: vanissimum planè tuum argumentum esse, & neutrum eorum quæ te demonstraturum promisisti, à te probari. Quemadmodum verò nunc terrestrem corporis praesentiam visionibus illis egregiè demonstrasti: sic eiusdem corporis sacramentalem siue magicum illum vestrum modum initio apodicticè euicisti: vt ex iis quæ a nobis dicta sunt liquet.

Subiicit demonstrator iste, ac sane certissimus sum, Fortunatæ, nescire te quid & quorsum loquaris: cum aduersus modum istum existendi Sacramentalem hic ait, &c. Sane certissimus sum, Gregori, nescire te quid & quorsum loquaris: cum quod dixi non intelligas. Scripsi, si maximè probares, id quod probabis cum mare piscibus destituetur, unum idemque corpus duobus simul in locis esse: conjectarium tamen non esse, vt sub infinitis simul hostiis, infinitarum hostiarum minimis quibusque particulis, totum sit, ipso que aëre subtilius corpus: hoc enim vestrum commētum gemina illa, quam inter cetera ad illud excusandum commenti estis, totius consideratione, siue vt vos eleganter

loquimini, totalitate, nihil planè iuuari: quòd locum non habeat in corpore humano. Audiamus vter nostrūm sciat quid & quorsum loquatur.

Sic apud Dionysium Ægidius Romanus, *Quamvis, in-*
Diony. Car-
thes, in 4. sen-
tent, dist. 10,
q. 3.
quit, valde mirabile sit, quòd corpus Christi, tam magnum, sub
dimensionibus tam parue hostie continetur: tamen secundum
ineffabilem fidei veritatem fateri compellimur, quòd non solum
totus Christus in tota sit hostia consecrata, sed etiam in qualibet
eius parte: quod triplici via ostenditur. post explicatam tri-
plicem istam viam, prima via ingreditur: & sic institutum
suum ostendit. Porro, inquit, in rebus corporalibus duplex co-
sistit totalitas: una essentialis: alia dimensua: sicut albedini to-
talitas competit dimensua, quæ extenditur extensione superfi-
ciei, siveque albedo est tota in superficie tota & pars eius in parte
illius: totalitas autem albedinis quiditatina seu essentialis &
definitiua, que per genus eius ac differentiam designatur. se-
cundum quam totalitatem non est tota in toto & partim in par-
te, neque diuiditur diuisione superficie, immo est tota in tota si-
perficie & tota in qualibet eius parte. Similiter quoque est in
substantijs: quoniam lapis secundum suam totalitatem dimen-
suum est totus in aliquo loco, & pars in parte: sed quo ad suam to-
talitatem essentiali specificam, est totus in toto individuo suo,
& totus in qualibet eius parte: cum qualibet lapidis pars sit la-
pis. Cumque tota substantia panis vertatur in totam sub-
stantiam corporis Christi, loquendo de totalitate essentiali non
dimensua (hac quippe conuersione conuertitur quid in quid,
non quantum in quantum) hinc ex vi Sacramenti Christus
est sub hostia solum secundum totalitatem substantialem.
Quemadmodum ergo ante conuersionem tota substantia pa-
nis, quo ad istam totalitatem, fuit in qualibet hostiae parte: ita
post conuersionem totum corpus Christi in qualibet parte est
hostiae, &c. Hæc Ægidius. idem Thomas.

Summa est: Totum aliquod, seu accidentis, siue sub-

stan-

stantia sit, dupli considerari ratione posse: ratione essen. 3. p. Sum. q.
 tia & ^{τοῦ τί εἰσι}: & ratione dimensionis, quatenus scilicet 76. & apud
 dimensionem habet & extensum est: seu, vt Magistri no- Dionys. d. 17.
 stri loquuntur, totum dimensuum est, ratione totalita- 93.
 tis dimensiua: quam totum aliquod vel per se habet, vt
 quantum: vel ex accidente, vt qualitas, color, albor, per &
 propter quantitatem, propter superficiem. Quemadmo-
 dum igitur albor, qui in pariete est, si dimensionis & ex-
 tensionis ratio habeatur, totus in toto quidem pariete
 est: sed non totus in quavis parietis parte: qui tamen es-
 sentiae & ^{τοῦ τί εἰσι} ratione habita, quod color aspectum di-
 spergens est, totus in toto pariete & quavis parte totus
 est: & quem ad modum aër totus in toto cœnaculo est:
 sed non totus in quavis illius parte: si dimensionem spe-
 ctemus: qui tamen totus & in toto & quavis parte est ra-
 tione essentiae, qua aër id est quod est: ita corpus Christi,
 licet magnum, totum tamen sub tota, licet exigua, ho-
 stia, & quavis illius parte est: si vt isti loquuntur, totalitas
 quiditatua, essentialis, & definitiua, quæ genere & diffe-
 rentia designatur, spectetur: non totum, si totalitas di-
 mensiuā consideretur.

Adhuc nō, intelligis, Gregori, quid locutus &, quorsum
 locutus sim? ita ne stupidus es, vt nō intelligas, quid de hu-
 mano corpore & dissimilib. partibus dixerim? interrogás
 ne, an aliquod omnino corpus sit, quod non vtrunque ha-
 beat: & essentiam substantialem, compositam ex materia
 & forma: & extensam, sive, vt tu loqueris, dimensiua
 quantitatem? habet ne Mathematicum corpus essentiam
 substantialem ex materia & forma compositam? Sed pau-
 cis nos expediamus.

Dupli potissimum ratione illa sua dupli totius
 consideratione Magistri tui sophisticantur: suamque tum
 inscitiam, tum malitiam, sicut tu quoque, produnt. Pri-

mō enim falsum est, corpus absolutè acceptum, quatenus
 trina dimensio est, hac dupli considerari ratione posse:
 3. Phys. cont.
 43. quia dimensiua & quiditatiua totalitas vna & eadem est:
 cùm essentia & definitio corporis sit, quòd omni ex parte
 extensus sit, triaque dimensione præditum. Si ergo sub
 hostia est totalitate essentiali: etiam ibidem est totalitate
 dimensiua. eadem corporatæ substantiæ, quâ corporata
 est, ratio est. Deinde quod de candore, aëre, lapide, pa-
 ne, & ceteris id generis dicitur, quòd totum in toto sit,
 non autem totum in parte, ratione dimensiæ; ratione
 verò essentialis totalitatis & in toto & in quauis parte to-
 tum: id de illis duntaxat rebus, quæ ò mo ipse p̄ḡis sunt, verum
 est: de illis verò nullo planè modo, quæ partibus constant
 dissimilibus, est. ne totum corpus humanum, siue dimen-
 siuam, siue essentialē totalitatem spectes, thorax, ven-
 ter, crura, pedes, in capite, in cerebro, in oculo, in pupil-
 la? immò est. ne corpus Mathematicum totum in qua-
 uis parte, in sola longitudine, in quauis longitudinis par-
 te? ò Sophistas infortunatissimos! Intelligis-ne tandem,
 quid & quorsum locutus sim? Cur hihil ad mea verba
 respondisti, quibus disertè nego, hanc torius distinctio-
 nem humano corpori, quod partibus constat dissimili-
 bus, conuenire?

Sed inquis, nos hac distinctione non magnopere indige-
 mus. Cur ergò magistri tui ea indiguerunt? cur Aegi-
 dius, cur Thomas, ea indiguit? non dicimus, inquis,
 Christi corpus tantummodo essentia sua preeditum sine qua-
 titate existere in Sacramento: sed omnino afferimus, il-
 lud ibi esse quantum. nonne verò Thomas idem asser-
 tuit? nonne Aegidius? qui tamen hac distinctione e-
 guerunt. Audi rursus Aegidium: Et quoniam, inquit,
 apudDionys.
 d.10.q.3. totam substantiam corporis sequitur totalitas propria quanti-
 tatis

CAPVT SECUNDVM.

49

tatis: ideo etiam secundum istam totalitatem dimensionam rotum corpus Christi est in qualibet hostia parte per concomitantiam naturalem. audi Thomam: natura autem substantiae d. 10. q. 4. tota est sub qualibet parte dimensionum sub quibus continetur: sicut sub qualibet parte aeris tota aeris est natura. &c. hinc Christus est totus sub qualibet parte specierum panis. Vis-ne Sacramentali vestra conuersione non solum quid in quid, vt vult Aegidius, sed etiam quantum in quantum commutari? Tempus est, vt helleboro cerebrum purgetis. Quod Antisiodorensis vult, illius contrarium vult Aegidius: Aegidio Thomas contradicit & Durandus: Thomas & Durando Scotus: Scoto Dionysius: Dionysio Henricus: Henrico Thomas & Dionysius: Dionysio & Thomas iterum Scotus: qui, vt scribit Dionysius, à communione Theologorum, id est, Theologastrorum, doctrina, qua tum Philosophicæ, tum Theologicæ, veritati vim inferri vidit, crebrius recessit. Quid quod vñus & idem modò hoc, modò aliud dicit. inspiciatur quæso Dionys. Carthus. saltem 1. 2. 3. 4. 5. 6. quæstione, distinctionis decimali, in 4. Sententiarum: & apparebit, Thomam quoque sibi constare, vt hodie sibi constant Iesuitæ: qui quæstione prima Christi corpus, prout sub Sacramento est, partes distinctas & naturali situ discriminatas, vel, vt ipse loquitur, situatas habere ait: tertia verò negat: cùm ait sicque corpus Christi situalter esset in Sacramento & circumscriptiū, quod improbatum est supra. Sed concomitantia scilicet situs ex hisce contradictionibus vos expediet. Falleris, Gregori, si cum illis tuis Vtopicis tibi negotium esse putas.

Ad extremum scribit iste Gregorius, me rursus negare, Christum in terra vel prope terram apparuisse Paulo. Quafronte, Gregori, vocabulum rursus usurpas? nōnne

G

hīc primūm istud tuum sophisma diluo? nōnne hīc prī-
mūm Caluinum à tua vindico criminacione? quæ tamen
à me præstita esse paulo antè sine fronte negasti. & prio-
ri itaque scripto, & hoc altero, paulò antè, plus quam sa-
tis hoc tuum sophisma profligatum est. *Ex verbis, inquis,*
Anania intelligi potest, voculam in via ad Dominum etiam
esse referendam. Cedo, Gregori, illa Ananiæ verba: ex
quibus id intelligi potest. num quia scriptum est, appa-
ruit tibi in via qua veniebas? si scriptum esset, Dominus
in via apparuit tibi: in speciem quidem aliquid, reuera-
autem nihil dices: nunc cùm contrà se res habeat: ni-
hil omnino dicis. Sed in Germania tecum Gregorius
iste disputat. de cælo disputaret, si Christus esset: sed vi-
deat, ne tandem aliquando cum infelicis istius in Germa-
nia disputationis apud inferos pœnitentia.

Argumentum II.

Alterum Gregorij argumentum, primo *ad Epiphon*
erat: Si vnum locus diuersa duoué corpora potest ca-
pere: etiam vnum idemque corpus in duobus & diuer-
sis simul locis adesse potest: Sed verum prius: verum igi-
ture etiam posterius. Transsumtum, quod falsissimum
est, clausis illis ianuis, sepulchri lapide, inuiolato Deipa-
ræ claustro, cum primis probare nitebatur: quibus cum
cælum coniunxit, quod Christus, cùm ascenderet, pe-
netrat.

Ad singula ordine respondi: ostendi que, his nihil pro-
sus ex necessitate probari: immò verò ne probabiliter
quidem: fidem autem nostram non quibusuis inniti, sed
necessariis: eoque eiusmodi testimonia non sufficere ad
articulos fidei constituendos. ad prius meum scriptum
lecto;

lectorem remitto. nunc antequam vanissima Gregorij,
quæ adfert, sophismata diluam: vt res eò magis sit per-
spicua, sic aduersus Gregorij ianuas, lapidem, claustra,
cælum, id est, contra penetrationem, ex iis quæ dicta
sunt, argumentor:

Circumscrip^{tio}, vtque locus & corpus æqualia sint,
essentiale corporis accidens est, quod à corpore néque
~~dividatur~~, nec actu separatur: fieri itaque nullo modo po-
test, vt duo corpora simul sint, vtque alterum permeet
per alterum. ratio consecutionis perspicua est. cùm
enim æqualia sint locus & corpus: id quod est circum-
scriptum esse: sicut locus totum corpus continet: ita
corpus totum occupat locum: vt aliud ab eo loco cor-
pus capi non possit. antecedens ex iis patet, quæ initio
capitis sunt disputata.

Hinc est, quòd omnes, qui vñquam vixerunt sapien-
tes & sanæ mentis homines, penetrationem, vtque duo
corpora simul sint, pro re omnium absurdissima, &
quæ esse simpliciter nullo modo possit, habuerunt:
absurdissima igitur est, esseque nullo modo potest. ra-
tio consecutionis plana est: antecedens ex Philosophis
& Theologis probatur: ex Aristotele, cui Interpretes,
Græci, Arabes, Latini, astipulantur: ex Damasceno:
qui planè Peripateticè scribit fieri nullo modo posse: *vt*
corpus permeet per corpora: nisi alterum quidem dividat: al-
terum verò dividatur: ex Guitmundo vestro: cuius hæc
sunt verba: quo modo enim in solido corpore panis alterum cor-
pus latere posset, videri non potest.

*lib.4. Phys.
cont.8. 27.53.*

*55.
de Fid.Or-
thod.lib.1.*

*cap.4.
de Sacram.
lib.3.*

Nec est, quòd obstrepas, Gregori, id naturaliter,
& si vis corporis spectetur, verum esse: diuina verò
potentia contra fieri. Vis enim & potentia diuina
naturam seu essentiam & essentiale illius accidens,

definitionem & rem definitam, ut expositū est, nunquam discerpit : quòd alterum absque altero esse non possit. Quocirca Damascenus ait, ἀδιάναν σῶμα οὐσία σωμάτων δίκαιον : significans, id nullo planè modo, etiam non vi diuina, fieri posse: quòd hæc sua instituta non conuellat: neque corpus simul corpus & spiritum esse velit.

Quod ex eo quoque planius perspicitur: quòd Deum corpus non esse demonstraturus, inter cetera ex eo quoque id demonstrat: quòd si corpus esset: nequaquam per omnia permearet: quòd fieri nullo modo possit: ut corpus permeat per corpora. Quod si naturaliter duntaxat id verum esset: potentia verò diuina contrà fieret: nihil de Deo Damasceni ratio concluderet: qui & corpus esse posset: & nihilo secius omnipotenti sua vi corpora ceteraque cuncta permeare.

Iacent vno istu ianua, lapis, claustrū siue claustra, cœlum atq; cœli Gregoriani. Videamus paucis quid noui ex Vtopia de singulis adferat.

Responcionem meam de clausis foribus, qua in summa respondi, clausis foribus venire, non esse solidam lignorum materiam penetrare: cum omnipotenti vi datum sibi patefacere, imperareque suæ creaturæ Dominus potuerit: ut transitum Creatori suo concederet: quinque rationibus infirmare conatur.

Prima est: Gemina ista ingressio insigne miraculum est: igitur corpus Christi per ianuas non cedentes permeauit. vana consecutio, miraculum est & maner: et si corporis veritas non abolcatur. clausis foribus venire non est fores non cedentes penetrare. clausis foribus venit: et si Creatori transitum concesserunt, ita clausas ianuas accipimus & interpretamur. Quid verò sibi illud tuum vult, ut etiam dicit? vtranque ne locutionem Euangelista vñst.

CAPVTE SECUNDVM.

33

Surpat & istam, cùm fores essent clausi & illam, ianuis clausis? uonne verò utrobiusque eadem locutio est, rāv. Iupāv. nē. uλεστρηνων: sed hisce græcarum literarum scientiam ostentare voluit iste Gregorius.

Altera Gregorij ratio est, à priori tantū distans, quantum à terra cœlum: si inquit, quod Euangelista significat non hoc ipsum est, nempe Christum ianuis adhuc clausis, ad discipulos penetrasse, nullum planè poteritis ex ea Euangelista narratione colligere miraculum. & falsum, & verum hoc tuum connexum est: falsum de miraculo vero, quod corpus corpus relinquit: verum de miraculo falso, quale vos finitis: quod naturam corporis funditus euerit.

Sed quærit miser iste Gregorius, vnde nobis constet, ianuas illas Christo non clavæ, aut alia aliqua vi naturali, reclusas fuisse. digna Gregorio quæstio. fabrum scilicet ferrarium noctu circumduxit Christus: aut à portitoribus exspectabatur. hoc certè inquit Euangelista non dicit. quid hoc? nosti ne quid loquaris? fortè dicere voluisti, non negat. si id non negat Euangelista: coque fieri potuit: qui vos penetrationem vestram demonstratis? vnde quæso eam habetis? vbi eam asserit Euangelista? quid verò, Gregori, si intus pessulis & fulcris benè munitæ fores fuere? aperiti ne extrinsecus clave potuere? apage cum vanissimis tuis obstrepitaculis. ferrea porta Petro, Paulo & Silæ *Autor. 12.* fortes omnes sua sponte cesserunt, & transitum concesserunt: & ipsimet Domino, ad iussum illius, non patenter? Tu simile quid è Scripturis pro tua chimæra, si potes, adfer. Sed quid asserres, cùm quid effutias, nescias? discipuli *In Johan. lib.* inquis propter metum Iudeorum, ut ait D. Cyrius, & patet ex *12. cap. 53.* Matthæo, ianuis clausis domi se continebant. Vbi huius metus apud Matthæum mentio? vbi apud Cyrius? nonne *Cap. 28.* Iohannes illius meminit? apparet, Gregori, te nec in Scri- *Cap. 20.*

pturis Sacris, nec in Patribus, vigilare: sed quicquid in buccam venit, conuitia, maledicta, mendacia, impotenter & insciū effutire.

Tertia ratio sequitur, *In eo Christi ingressu tale miraculum confitendum est, quod planè fuerit supra naturam: ita ut neque modo aliquo naturali factum fuerit, neque potuerit fieri illud idem quod Christus fecit: clausas ergò ianuas vero suo corpore penetravit. antecedens concedo: si postrema verba, neque potuerit fieri illud idem, &c. sic intelligis, vt nō potuerit fieri nisi à Christo & vi diuina: sed consecutionem nego. Siue enim Creatori suo, instar aëris, cesserent ianuae: siue vt Petro & Paulo cesserunt: sola vi diuina id factum est: nec vlla vi naturali, non machinis, non tormentis, hoc ipsum fieri potuit.*

Quarta est: *Christus eo modo ianuis clausis ingressus est, qui nulla humana ratione posset intelligi, sed plenus admirationis fuerit: non igitur omnipotenti vi ianuas aperuit: sed eas, non cedentes, penetravit. Et consecutio vana est: & antecedens. Etsi enim admirationis plena ingressio fuit: intelligi tamen potest: sicut intelligi illa Apostolorum potest. penetratio intelligi non potest: quia quod nihil est, id intelligi non potest. Neustadianas portas, bene clausas, creibius per alium aperui: tu nunquam Ingolstadianas, plus itaque possum quam tu Gregori, quamquam aliud hic responsum exspectassem.*

Extrema & Achillea ratio, à Patrum autoritate sumta, hæc est: *Cyrillus, Chrysostomus & alij Patres, in eo maximè miraculum ponunt: quod cum Christus post resurrectionem verum habuerit corpus: tamen clausis ianuis ingressus ad discipulos fuerit: per ianuas itaque clausas verum Christi corpus penetravit. vana consecutio est: vana itidem illius*

illius confirmatio. miraculum, & verum miraculum fuit, cum Petro & Paulo sua sponte ferrea quoque fores cedebant : & hic Seruatoris ingressus miraculum non fuerit : præsertim si instar aëris ianuae cesserint ? Quin immò contrarium efficitur. Si enim Christus post resurrectionem verum corpus habuit : circumscriptum illud habuit : coquæ fores non penetrauit. Patribus quos citas non iuuaris. per inuia septa corporibus, inoffensa compage , corpus , vt Ambrosius loquitur, inseruit. Sed intellige tu per inuia quidem , vt idem loquitur , vsu : Creator verò suo cedentia : quia corpus per corpus non perniciat, nisi alterum , vt Damascenus testificatur, diuidat : alterum verò diuidatur. Chrysostomum vestro more truncas & corrumpis. Sic ille, In Ioban. ha-
Sed id mirandum est , quod Phantasma eum non sunt suspicati. *mil.85.*
clausis enim foribus & repente est ingressus : & mox :
die vero non venit: ut omnes congregarentur. valde enim
timebant : nec ostium pulsauit : sed repente astitit. *Quid*
hic est quod à me callide sit citatum : an præter calu-
mrias responsionem nullam habes : homilia secunda de
Symbol. non magis te iuuat. fide tenendum est quod
Scripturis expressum est: et si rationem reddere non va-
leamus. Vbi verò in Scripturis vestra expressa est pene-
tratio ?

Illud Augustini , per clausa ostia , idem cum illo Ambrosij est , per clausa ostia membra iuuenis introducta sunt : sed à membris diuisa , membrisque cedentia : cum corpus per corpora permeare nequeat : nisi alterum quidem diuidat : alterum verò diuidatur: eo quod circumscriptio corporis tollitur : & cum ea corporis natura . nihil aliud Nazianzenus vult ; *In Trag. de Christo patiente in Ioh. lib.12.cap.53*

*In Lue. lib.
10. cap. 24.*

*Defid. Or.
rhod. lib. 1.
cap. 4.*

In Ioban. ha-

*Ad Volus.
epist. 3.*

nihil aliud Cyrilus: nihil aliud ceteri, quoscumque citare potes, Patres: quia nemo illorum ignorauit quod nouit Damascenus, ἀδιάνατον σώμα οὐσία σωμάτων δίνειν. De Cy-
rillo nullum planè dubium: qui circumscriptionem, quæ cum penetratione, istis met testibus, consistere nullo modo potest, adeò veri corporis propriam esse docuit: ut si Deus ipse corpus esset, ex necessitate circumscriberetur, locoque contineretur.

*De Trin.
dial. 2.*

Sed hic, inquit iste, solum docet Cyrilus, quod naturaliter competere soleat naturæ quantæ, &c. quasi verò, Gregori, foramen hoc nō ante tibi sit obstructum. Ita naturalis corpori circumscriptio est: ut si Deus ipse quantus aut corpus esset, circumscriptionem non effugeret, nec omnia, ut facit, permearet: ergò ne diuina quidem potentia separari à corpore potest.

Vbi verò tui calami veritas, cùm me scripsisse scribis, *Cyrillum, Ambrosium, Chrysostomum, & alios Patres, ingressum illum Christi ideo solum reputasse admirabilem: quia Christus omnipotenti virtute sua ianuas clausas aperuerit?* ubi id scripsi? pudeat te tui calami.

Sed & Sycophantam insignem & Sanctorum Patrum corruptorem me nominat impatiens iste Gregorius. Quia verò fronte, Gregori? num de vestro ingenio nos iudicatis? an nos indicem expurgatorium confecimus? ego

*Contra Vo-
lan. lib. 2. c. 11.* ne Hilarium corrupi, an potius tuus socius, Petrus Scar-
ga: qui verbis illis Hilarij, an constructa parietum, &c. parti-
culam negantem adiecit, an non constructa, &c. Vel vni-
cum Hilarij apicem profer, quem corruerim: quod cùm
facere nō possis, agnoscas oportet, te verè eum esse, quem
me esse falso criminaris. Sed non singula verba citaui. ci-
taui quæ citanda erant: cetera lectori inspicienda relin-
quens: & quidem lectorem monens: me non singula in
meum librum transcripsiisse. tu verò & verba illa Hilarij,

CAPUT SECUNDUM.

57

& cessante sensu nostro, fatti ipsius cesseret effectus? omisisti & lectorem ea de re non admonuisti.

Sed de Hilario videamus. quid in illis verbis, quæ omisi, reperisti? sequatur, ait ex Hilario, ergo oculus mentis tue penetrantis ingressum: & cum eo clausam domum intelligentie tue visus introeat. integrasunt omnia, &c. Tu vero Gregori, Hilarium citare non potes: quin eum corrumpas. Hilarius enim non scripsit sequatur ergo oculus: sed sequatur ergo oculi. Hilarius igitur hic usurpat vocabulum, penetrantis: clausam domum nominat: introire visum iubet: integra omnia, vniuersa Christo peruia, dicit: ligna & lapides per naturam suam nihil insensibili lapsu admittere scribit: veritatem facti, facti fidem nominat: clausa domo dominum assistere docet: ergo Christus clausa domo, id est, per fores, non cedentes, permeauit.

Vanissima consecutio est. clausam domum ingredi, clausa domo adstare, sicut & clavis foribus venire, non est solidam lignorum & lapidum materiam penetrare. non magis veritas & fides facti, quod fatemur, quod integrata & obserata cuncta fuerint, quod vniuersa Christo peruia sint pervirtutem suam, quod lapides per naturam suam nihil admittant, penetrationem stabiliunt: immo vero his ipsis penetratio vestra & labefactatur, & profligatur. Pervirtutem suam omnia Christo sunt peruia: virtute itaque sua aditum sibi patefecit. nihil cedit ex solo naturaliter, vt tu interpretaris, id est, sua natura & sua parte: ergo cedit virtute diuina. per naturam suam aliquid insensibili lapsu lapides non admittunt: admittunt ergo per diuinam virtutem: vt tute interpretaris. quæ igitur obserata fuerint, ea Christum & admirerunt: & ei ob virtutem diuinam, qua imperare ventis, mari, saxis & lignis potest, cesserunt: cuius consectarium est, Chri-

stum non lapides & ligna , quæ non cesserint, sed quæ cefserint, penetrasse: quām penetrationem libenter cum Damasceno concedimus.

Talem penetrationem , qua scilicet ligna & construta parietum cesserint , siue instar aëris & aquæ , seu alio modo, cesserint, Hilarium h̄ic statuere, ex eo quoque perspicuum est: quòd Christi corpus à se non defecisse , sed saluum & integrum in ipso etiam ingressu mansisse scribit: quod integrum non mansisset: si vestro modo ad discipulos penetrasset: quia circumscriptum nō fuisset: sine quo , vt crebrius euicimus, trina dimensio non consistit.

Liquet ex his: interrogationem illam Hilarij , an constructa parietum penetrans & solidam lignorum naturam impenetrabilem transcurrit? non affirmandi, vt vult aduersarius, sed negandi vim habere. at qui verba sequentia affirmationem postulant, quasi dicat, omnino. Minime vero. Interrogatio enim ista modum ingressionei non definit: quippe qui i sequentibus demum aliquo modo adumbratur. Hæc igitur Hilarij mens est: Existimabisne, Dominum solidam lignorum materiam transcuruisse: sanè ita videtur: cùm medius astet. Cùm itaque nullum planè dubium sit, quin medius astet: sequantur eum oculi, &c. Sed quo tandem modo vero suo corpore penetrauit: cùm integra omnia sint & obserata: virtute sua: cui vniuersa peruia sunt , solidaque omnia ceidunt.

Penetrationem itaque non aliam agnoscit, quām Damascenus : qua alterum diuidit, alterum diuiditur: qui nō minus, quām ille, nouit, penetrationem adūtator esse, non igitur affirmandi vim habere potest interrogatio.

Sed usitatissimum est grauiissimis Scriptoribus , tum prophanicis, cuiusmodi Gregorius est, tum Ecclesiasticis: ut quan-

doque

doque interrogando affirment. vbiverò tu, Gregori, particulam, an, vt h̄c ab Hilario usurpatum, affirmare legisti? an constructa parietum penetrans, &c. transcurrit? Si pro an, scriptum esset nonne? vel, an non? aliquid coloris habet quod dicis: quod videns tuus socius Scarga, te hac in parte magis simul & minus circumspectus, negantem particulam, vt dicebamus, adiecit.

Ad extremum ais, ex eo quod Euangeliſta narrat, clausis ianuis Christum ingressum esse, consequens est omnino, ut per solida parietum & lignorum admirabiliter penetrarit. Si id omnino consequens est, & tam firma h̄c tua consequentia: cur illius firmitatem nobis non indicasti? nos eam tantisper negamus: dum abs te demonstratūz.

Quod de typographicō mendo subiçis, meritō profecto ambigis, an mea vel Typographi culpa commissum sit. o si tuum illud Arcadicum erratum, & apud Lucam Gracē habetur, pro quo legivis, quod perinde est, atque si dixisset, tam certō Typographi culpa commissum esset. illud enim, quod hoc tuum scriptum semestri antē, quām prodiret, in album nouorum librorum Francofurti relatum est, industria Typographi assigno.

Neque verò magis sepulchri lapidem vero suo corpore Christus penetrauit. Surrexit enim, non antequam lapis reuolueretur, sed postquam iam per angelum esset reuolutus: quod tum ex eoliquet, quod diluculo & summo mane, cùm adhuc tenebræ essent, vt Iohannes testatur, ad monumentū matronæ peruenientes lapidem reuolutum inueniunt: tum quod Angelus nō egressus, iam Homil. in facti, indicandi, vt Beda putauit, sed domino suo mini. vigil pasch. strandi causa è cœlo descendit, lapidem reuolutus. Cap. 20.

Quod si maximè ante reuolutum lapidem resurrexisset: quod vero simile non est: per lapidem tamen non penetrasset: cùm virtuti ipsius cuncta cedant & peruiantur: ut modò dictum est de ianuis.

Mysterium tuum in *venirent & peruenirent*, captum exuperat. quasi non bis scripsierim, *venissent*: & quasi verbum *ηλθε* apud Matthæum venire & moueri, ac non potius venisse & motum esse significet..

Sed minimè sequitur, *inquit iste*, prius etiam lapidem amotum fuisse, quām Christus resurrexit: si prius amotus fuit quām mulieres peruererint ad sepulchrū. Quī sic nō summo manē, cùm adhuc tenebrae essent, ad monumentū iam peruererant? quot horis antē terrāmotus cōtūgit, Christusq; resurrexit? nonnē tertio die resurrexit? unde verò probatis, Christū, priusquā ab Angelo lapis amoveretur, resurrexisse? vbi id, vt sine fronte scripsisti, Euāgelica historia testificatur? *Christus*, inquit iste, *diluculo surrexit*: ut patet ex Psalmo 56. lapis autem amotus est non multò antē quām mulieres peruenirent ad sepulchrum: quod accidit ferè orto iam sole, id est, longè post diluculum: ut patet ex Marco. Rectè Gregori. Christus diluculo surrexit: lapis amotus est antequam ad sepulchrum matronæ peruenirent: amotus itaque diluculo & summo manē est: tunc scilicet, cùm Christus resurrexit: quia summo mane, *λίαν πρωΐ*, vt Marcus loquitur, vel vt Lucas, *οὐθῆπε λαγῆσος*, cùm adhuc tenebrae essent, vt Iohannes testatur, ad sepulchrum illæ matronæ peruererunt. Marcus te non iuuat. Sic enim ferè orto Sole, sive potius adhuc oriente vel nondum orto Sole, ad sepulchrum mulieres illæ peruererunt, vt *λίαν πρωΐ*, cùm adhuc tenebrae essent, & sol primum emicare & oriri inciperet.

Cap. 16.

Marc. 16.

Luc. 24.

Iohann. 20.

perer, eoq; diluculo & summo mane, non longè post dilu-
culum, vt tu vis, ad illud peruerenterint.

Sed Chrysostomum & Bedam obiicis : quorum ille
post resurrectionem, inquit, descendit Angelus: hic autem ita,
non ut tu mutulum eum & truncatum in scenam produ-
cis, loquitur: revolutus autem lapidem: non ut egressuro Domi-
no ianuam pandat: sed ut egressus iam facti hominibus præstet
indictum: qui enim mortalis adhuc clauso virginis utero potuit
nascendo Mundum ingredi: ipse absque villa dubietate jam fa-
ctus immortalis, clauso licet sepulchro, potuit resurgendo exire de
Mundo. Hæc Beda. Sed Bedæ, & Chrysostomo, & si quis
alius ita sentiat, Hilarium, & magnum illum Leonem
opponimus: quorum hic ita scriptum reliquit: Dicant er- Epist. 97.
goisti hypocrite Iesuitæ qui cæcis mentibus lumen nolunt recipere
veritatis, in qua forma, crucis ligno, Dominus maiestatis,
Christus, affixus sit: quid tacuerit in sepulchro, ET REVOLV-
TO MONUMENTI LAPIDE, QVAE TERTIO DIE CARO
RESUR REXERIT: ille vero sic loquitur, Angelus autem in Matth.
Dominii de caelo descendens, & lapidem revoluens, & sepulchro can. 33.
adsidens, misericordia Deipatris insigne est, RESURGENTI
FILIO AB INFERIS, VIRTVTVM CAELESTIVM MINI-
STERIA MITTENTIS.. Intelligis-ne, te nihil ex necessita-
te demonstrare? quid Verbum ἡλιξ significet dictum est.
maneat igitur ὑπέρον περίπερον apud Matthæum:

Hæc de priori mea responsione: ad posteriorem, quæ
lapidum ianua communis est, præter virulenta conui-
tia, ex Thesauro suo, ex animo Iesaitico, qui in felle ama-
ritudinis est, virulentus iste Gregorius nihil planè profert,
fingit, me responsionem meam ex Caluino demonstrare:
atquin Caluini auctoritate vtor: sed Caluinum ab istius
latratu vindico: qui geminam illius responsionem ex mea
rainuidia, sine villa ratione, vt ineptum & inauditum com-
mentum expofit.

*in Matth.
homil. go.
homil. in Vi-
gil. Pasch.*

Non querimus, inquit, *utrum lapis ad imperium Christi cedere potuerit: sed utrum ita factum sit. nos dicimus fieri quidem ita potuisse: sed factum non esse. neque nos querimus, quid vos dicatis, aut sophisticemini. Si ita fieri potuit: non necessario ita, ut vos contra Scripturas & Patres singitis, factum est. Si ergo maximè post resurrectionem demum amotus ab Angelo lapis fuisset: Dominus tamen eum vero suo corpore non penetrasset: sed cedere iussisset. est enim adiuuans, ut corpus per corpus permeet: quia essentiali accidente sublato, res ipsa tollitur, cuius accidens est, hoc nostrum testimonium, hæc nostra demonstratio est: non ut tu calumniaris, perfidia.*

Ad Deiparam accedamus. Sciendum autem est, nos non virginitatem Deiparæ, quod iste nobis impingit, inficiari: sed inauditum istorum commentum, quod non aperto vtero pepererit: quo veritas veræ Christi carnis tollitur, & in Spiritum immutatur. Postulaui igitur à Gregorio isto duo: Scripturam: & antiquos Patres: quibus hæresis ista probaretur. recipit id Gregorius: & tertium quoque pollicetur. videamus quid præstet. Audi, inquit, Scripturam audiam. ecce, inquit, *Virgo concipiet: & pariet filium: & vocabitur nomen eius Immanuel. non enim inquit præclarè diuus Ambrosius, &c.*

*derefur.
carn.* Quid audio? Scripturam me audire iubes: & loco Scripturarum Patres obtrudis. hæcine vestra Scripturis pugnandi ratio est? ita-ne Scripturis fiditis? ô Lucifugas Scripturarum. proculdubio consciij vobis estis, vos stare non posse: si de solis Scripturis vestras sistatis quæstiones. Quælo, Gregori, ordine agamus: de Scripturis seorsum: de Patribus seorsum: ut postularam: ne hæretici else videamur: qui vt ait Tertullianus, Iesuitas & eorum socios præuidens, ex conscientia infirmitate nunquam ordinariè tractant.

Hoc

Hoc itaque tuum è Scripturis ductum argumentum est, ita commentum tuum è Scriptura demonstras: Virgo concipiet, & pariet filium: hæc porta clausa erit, & non aperietur: Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi: ergo non patefacti corporis, lege peperit. ô plumbeum pugionem! quæ hic ratio consequentia? ubi clausi vteri mentio? Aliud, vt de voce Alema litem tibi nunc non intendam, nihil efficitur, quæm Mariam & ante conceptum, & in conceptu, ante partum & in partu Virginem fuisse: quam nos etiam post, continenterque Virginem mansisse credimus: eamque è Spiritu sancto, virtute altissimi, non è viro concepisse.

Porta sanctuarij claustrum Mariæ non est: quod si maximè demus: nihil tamen concludit: cum ne Sanctuarij quidem illa porta simpliciter clausa pronuntietur.

Habeo tuam Scripturam, Gregori, bellamque tuam demonstrationem. Quid præterea mones? ego vero non monere te sed demonstrare velim. Cedo argumenta, quæ Catholicæ de Virginis partu sententiæ obstant: & quæ demonstrant, Mariam non patefacti corporis lege, non aperto utero, vel claustris, peperisse. Virginitatis claustra in partu integra, id est, virginitatem ipsam, integrum mansisse, libenter damus. negamus autem, utrum apertum non esse. habes ferè ad tua quatuor argumenta responsionem. Sed ipsamet argumenta tua au-diamus.

Scriptura proprie & usitato modo de Virgine loquitur: ergo claustrum illius clausum in partu quoque mansit. Concedo totum, si de claustro Virginitatis, & septo pudoris, vt Ambrosius appellat, loqueris: sin de claustro vteri & vulvæ, consequentiam nego. Virgo fuit, postquam de Instit. Vulg. cap. 7.

concepit: cūm vterum gestauit: quem vt ceteræ fœminæ definitum tempus gestauit. quid ergo mirum, si aperto vtero, vt ceteræ fœminæ, verum hominem pariens, virgo permansit?

in Enchirid. Augustinus hæresi vestræ nequaquam patrocinatur. *cap. 34.* integritas virginis, id est, virginitas in ipso quoque partu salua permansit & integra. quid hoc ad vterum?

Alterum tuum argumentum, ipsa vanitate vanius, cùdem à nobis facilitate contemnitur, qua abs te producitur.

Tertium est, *Scriptura de eiusmodi Virgineo partu loquitur*, quis sit per se maximum miraculum, distinctum à miraculo conceptionis Virginæ: ergo non patefacti corporis lege peperit. ratio consequentiaæ. Si enim ruptis claustris Virgo peperit: quodnam fuerit miraculum proprium in ipso Virgineo partu? nullum omnino. Maximum omnino. Sicut enim virgo concepit: ita quoque virgo peperit: et si patefacti corporis lege: quæ virginitatem non adimit. iacet tua consecutio, & ratio consecutionis.

Sed rationem tuæ consecutionis probas. res enim per se naturalis & ordinaria est alioqui, ut omnis fœmina, que conceperit, quocunque tandem modo conceperit, pariat denique apertis claustris. Sed neque naturalis, nec ordinaria res est, vt virgo pariat.

Extremū tuū argumentū est, Partus virgineus talis est, qualem illis etiā credere sit difficile, qui conceptionē iam crediderint Virginē: ergo nō aperto vtero peperit. consecutio vana est. probas. at si Virginē peperisse aliud nihil esset: quam eam, quæ Virgo, sine viro, concepit. apertis claustris peperisse, quicung^s crederet Virginē concepisse, crederet hoc ipso sineulla difficultate Virginem peperisse. Vana probatio est: sicut vana consecutio. maius & admirabilius est partus virginis atque conceptio. Liquet ex his, teneat in Scriptura, nec

nec in pictura , quicquam inuenire protuā hæresi posse.
hīc,hīc, Gregori, Rhodus: hīc salta. Scripturam postulaui
& postulo. hanc iudicem esse volo. Cū ergò Scri-
pturam , quam primò & præcipuè, velut vnicam verita-
tis normam , postulaui, nec attuleris , nec afferre possis,
itaque quòd recepisti non præstiteris : indignus es planè,
quī cum de altero, de Patribus, disputetur. Vt tamen
magis ac magis Iudaica vestra pertinacia, & plus quam
Marcionitica impietas , qua Christum vera sua carne
spoliatis, ei que loco veræ carnis phantasma affingitis, pa-
tescat, Patres etiam, quos citas, εξ ιερωνύμου, paucis dilipi-
ciamus.

Est autem primò omnium sciendum , me antiquos
Patres postulasse : istum vero recentes etiam admiscere:
dein aliquos fortè non immixto ut suspectos reici
posse.

Verūm vna & communis ad omnia Patrum loca , in
quibus de claustris non reclusis, agunt, responsio suppeditat : in distinctione illa posita , quòd aliud sit claustrum
sive claustra virginitatis, septum pudoris , quæ eodem
sensu integratatis , pudoris, virginitatis, signacula, sigil-
lum : claustra castitatis , viscera virginea, appellantur:
aliud claustrum vteri & vulvæ. hoc apertum & reseratum
est: illud non reseratum : quia ante partum, in partu, post
partum virginitas illius mansit inviolata. Si ergò Pa-
tres, vbi claustrorum , signorum, signaculorum, memi-
nerunt , claustra, signa, signacula absolute, non additis
vocabus illis, virginitatis, pudoris, integratatis, vt fraudu-
lenter Ambrosium Gregorius iste repetit, vocarent: so-
phisma homonymiæ effet, si syllogismus strueretur: sed
quia voces illas addunt : paulò aliter respondendum
est.

Pag. 152.

Ratio igitur, à Patrum authoritate sumpta, hæc esto:

De institut. Patres, velut Ambrosius, Augustinus, Maximus (Emissenus enim gloriam duntaxat parentis, quod scilicet virgo
virg. c.7. manserit, violatam esse negat) Origenes, Gregorius Nazianzenus, Gregorius Nyssenus, Cyrillus Hierosolymitanus, Amphilochius, Damascenus, Euthymius, claustra
Epiſt. 3. ad Volus. virginitatis, pudoris &c. salua & integra mansisse, non soluta, non perdata, castissimè seruata, non reclusa esse
Homil. 2. de natali: scribunt: ergò claustrum vteri apertum non est, sed clauſo vtero & per clausum, non cedens, corpus Christus permeauit. Vana consequentia est, ut liquet. Hanc distinctionem & responsionem, ne quis eam forsitan, ut à nobis ex cogitatā reiiciat, docuit nos collatio locorum Ambrosij, Damasceni: qui & penetrationem adūrāv̄ pro-nunciat: & virginem clauſam seruatam esse scribit: cōquod & concipiens illa seruata sit: & pariens, Virginitatem, seruarit illesam. docuit eam nos Emilianus, & ceteri Patres: qui omnes Virginitatem, non autem clauſum vterum astruunt. quod in primis ex Amphilochio perspi-gin. cap. 2. in cuum ad hunc modum scribit: ad Virginis natūram quod spectat, portae virginē nequaquam fulre reclusæ: ad natī verò virtutem quod attinet, nihil est illi occlusum: nihil quod illum impedit: sed omnia sunt illi aperta & obvia. Quæ capitalior ab yllo iudice contra istorum hæresin ferri sententia potuit? naturam virginis & nati virtutem oppo-nit: & ita quidem opponit: ut quā ad naturam Virginis & virginitatem, portam dicat non fuisse reclusam: cuius coniectariū est, eam, quā ad natī virtutem, reclusam fuisse: eo quod illius vim impedire nihil possit: sed omnia illi pateant, cedereque cogantur.

Defid. orth. Vera igitur & Catholica nostra responsio est, verum itidem & Catholicum, Christum egredientem vterum diuisisse: cùm, Damasco teste, ne Deus quidem, si cor-pus esset, per corpus permearet: nisi alterum diuideret: alterum diuideretur. ratio crebrius est explicata.

lib. 1. cap. 4.

Locus Ambrosij, qui in octauo capite est De institu-
tione virginis, eodem modo soluitur. *Bona*, inquit, *porta
Maria, que clausa erat, & non aperiebatur. transiuit per eam
Christus, & non aperuit.* ratio esto : Qui per clausam por-
tam & non apertam prodiit, is clauso vtero prodiit;
Christus per portam clausam & non apertam prodiit:
quia transiuit & non aperuit: ergo vtero clauso. Sophi-
sma est, cum id quod in parte & *naturā* verum est, ut sim-
pliciter dictum accipitur. Christus per clausam por-
tam prodiit : *naturā*: quia clausa fuit & mansit quā ad
naturam Virginis: non quā ad naturam vteri, cādem re-
sponsione Sanctuarij porta admissa, aperitur. eadem ad
Theod. Ancyranū respōsio est: quod particula, *velut*, satis
indicat, quod *Saluator clausa velut ianua*: quasi dicat: eū par-
tim clausa, partim non clausa, ingressum esse in Mundū,
eo quo expositum est modo. Theodoretus claustra vir-
ginis obstitisse quidem dicit: sed cessisse non negat: vt fo-
res cessisse demōstrauimus: quæ eadē Bedæ sententia est.

Dial. 2.

*Hom in vig.
paſch.*

Reliqua, quæ supersunt, testimonia aliud nihil volunt:
quām Deiparam & in conceptione, & in partu, virginem
mansisse: de quo nullum prorsus apud nos dubium. non
enim partus, sed *in r̄ns l̄w̄ns*, vel Bonaventura iudice, *λύσις*, *In 1. Sent. d.*
42. q. 3. virginitatem adimit. Quare Symbolum Apostolorum
nihil ad rem: qui nullum illius apicem in dubium vn-
quam vocauimus: quod tamen vos vestra ista hæresi pes-
fundatis & funditus euertitis. de Ambrosio & Augustino
ceterisque dictum est. Habes ita Gregori & ad Scriptu-
ram, & ad Patres quod attinet, plus quam velles.

Sed de Maximo paucis monendus est lector: Maximū
Turonens. Gregorius iste citat. ego verò Martinū quendā
Turon. noui: Maximū verò Turonens. nullum. Sed Max.
Taurinens. claruit. fateor. sed apud hūc Max. ne γένος quidē
corū est, quæ Gregor. citat. Quin iste Taurinens. Maxim.

b32

I ij

læthaliter istorum chimæram vulnerat: cùm ita scribit:
Homil. 5. de Quis ergo fratres profundum hoc cælestis consilij valeat astri natali Domini. Do-
 marc: quod immortalitatis dominus incorruptaque substantia sit,
 ut conditione carnis mortem suscipere pro mortalibus possit, de
 fæmineo utero nulla corporeæ generationis lege conceptus, hu-
 mana sub lege prodiret: atq; hoc ita: ut eum beatam mater qua
 intacta conceperat inuiolata proferret? Audin' seruatorē, et si
 nō humana lege conceptus sit: humana tamen lege, id est,
 aperto utero prodiisse: & nihilo secius virginitatē matris
 inuiolatam mansisse? Denuò igitur ex te, & ceteris Anti-
 christi emissariis omnibus, de re, & Scripturis, & Patri-
 bus ignota, immò verò utrisque è diametro repugnante,
 Christianè, nō Iudaicè, quæro, Quam quæso scripturam
 quos Patres, in causæ vestræ patrocinium aduocatis?

In lib. de carne Christi. Tertullianum, qui vñus & sanctior & doctior tota Ic-
 suitica colluvie est: & esset, si nullus etiam orbis angulus
 esset, qui impuræ istius Societatis collegium non conti-
 neret, impudenter repudiat indoctus iste Gregorius. hoc
 cineverò est ad Patres prouocare, & Patrum iudicio
 stare? Si vobis hunc antiquissimum & grauissimum
 Patrem, quo vix antiquorem orbis Christianus habet,
 impudenter licet repudiare: cur nobis non licet, à Patri-
 bus, vestris præsertim, ad Scripturas provocare? Sed quid
 Athanasio, idem disertè pronuncianti respondes? *Quasi*
hostia, inquit, offertur Christus: quia ut primogenitus A P E-
 R V E R A T V T E R V M PARENTIS. Num & hunc con-
 stantisimū Christi Martyrē proscribes? misis itaq; Patri-
 bus, ad legē & testimonium. de scripturis solis quæstiones
 vestras siste. Quod ex tuo Vincentio aduersus vanū est. non
 contradicit Tertull. ceteris Patribus: sed idē, quod illi sen-
 serunt, ut ex antecedentib. liquet, apertè, firmisq; rationi-
 bus contra veræ carnis Christi hostes tueretur: ut priori scri-
 pto demonstrauit.

Cont. Epict.

Sed

Sed grauitatem Tertullianus in quibusdam errauit. est oratione vero errata illius ab Augustino & aliis Patribus annotata sunt: nonne minima quæque, etiam illa, quæ errata non sunt, annotata sunt: vbi inter illa Lex patefacti corporis? an hoc & tantum erratum, si erratum tantum esset, annotatum non esset? Vel igitur ostendito, à quo ex Patribus censoria virgula id notatum sit: vel fateror, doctrinam hanc Catholicam esse, totius orthodoxæ antiquitatis confessionem approbatam. Interim Tertullianus meus esto: tu vero unicum duntaxat ex antiquis Patribus, ex antiquis, inquam, non recentibus, ex antiquis non corruptis, producito: qui quod Tertullianus aperte ait, aperte neget, aperteque scribat, Dominum non patefacti corporis lege, non aperto vetero, non aperta vulua, sed clausi corporis lege, clauso vetero, clausa vulua, clauso tum virginitatis, tum veteri claustro, in Mundum prodiisse.

Quod Rhenanus boni consulenda esse scripsit quæ à placitis recentiorum Theologorum euariant: id fecit, quia vestigia eum territarunt: centuriis alioquin recentiorum Theologorum, & Ambrosij autoritate, satis indicans, quid antiquum & Catholicum iudicaret. Maneat ergo Rhenanus quoque tum noster: tum Beatus: et si apud vos minimè sanctus: apud quos nemo sanctus est: nisi qui veritati & Christo bellum apertum indixit.

Verum enim uero non solum Tertullianum impudenter iste reiicit: sed Ambrosium etiam, qui idem plane quod Tertullianus inculcat, & iisdem ferè rationibus utitur, depravare conatur. Sic enim inter cetera Ambrosius: Sed ille in Luc. lib. 2. cap. 2. ne prescripta signabant: eo quod solus sanctæ Ecclesiae virginis, ad generandos populos Dei immaculatae fœconditatis aperiret genitale secretum. hic ergo SOLVS APERVIT SIBI VVLVAM. hic enim dixerat ad Prophetam, priusquam te formarem in ut-

ro, nouite: & in vuluam matris sanctificaui te. qui ergo vuluam sanctificauit alienam, ut nasceretur Propheta, HIC EST, QUI APERVIT MATRIS SVAE VULVAM, ut immaculatus exiret.

*cap.2.
cap.13.*

*Exodi 13.
Num. 8.*

cap.13.

Quid clarius dici potest? Sed, inquit iste Gregorius, Ambrosium non alio sensu dicere, Christum matris suæ vuluam aperuisse, quām quo illud à Luca scriptum est ex libro Exodi. perge. hoc enim ex ratione prolatum est. *in eo autem, inquis, loco Exodi, & apud Lucam, aperire vuluam, non idem est quod rumpere sigillum seu claustrum maternae virginitatis, sed nasci & exire primo ex utero matris.* Sicut vuluam aperire non est rumpere sigillum virginitatis: ita certo certius est, aperire vuluam esse aperire vuluam: quod non metaphoricum, vt tu vis, sed proprium, aperire est: quo transitus fœtui conceditur. Verum est, primum fœtum vuluam aperire: & quod vuluam aperit, id primum fœtum esse: quæ causa est, cur hæc duo in lege coniungantur: sed simul etiam verum est, omne primogenitum vuluam propriè & verè, non metaphorice aperire: quia primogenitum esse, primoque omnium exire non posset: nisi vuluam aperiret, eamque aperiendo viam sibi patefaceret. atque hæc causa est, cur in Exodo, post primogenitū, explicationis loco adiiciatur, *quid vuluam aperit:* vt scilicet indicetur, quidnam, & cur primogenitum sit: quia scilicet vuluam verè aperit.

Hoc ipsum, quod dico, tua tum exempla, tum verba confirmant. *Quia enim, inquis, tunc res aperiri solet, cum aliquid primò ex ea prodit: ut terra, cum primò fruges erumpunt: & domus, cum quis exit: ideo metaphorice dicitur uterū aperiri hoc ipso, quod primò edit ex se se fructum prolis.* Contrarium sequitur, Gregori. Cùm enim, vt tute fateris, & exemplis confirmas, res omnis tunc verè & propriè, non metaphorice, aperiatur, cùm aliquid primò

C A P V T S E C V N D V M.

primò ex ea egreditur; perspicuum est, uterum quoque non metaphoricè, sed propriè, aperiri, cum primus egreditur foetus. Vbi Hebræa tua metaphora? Ostende, si potes, ex Hebræo idiomate, primogenitum vuluam non aperire, ostende, vbi dicant Hebræi, aliquid ex re aliqua exire, & rem tamen illam non aperiri.

Sed pergit Gregorius ostendere, Ambrosium & Scripturam vuluam aperire, metaphoricè sumere: idque aliud nihil significare: quām primò egredi seu aperto, seu clauso id fiat vtero: idque rationibus quinque monstrare conatur. prima est, *Id in Scriptura & apud Ambrosium est aperire vuluam*, quod facit nascendo omnis homo masculus primogenitus: immò omne etiam animal masculum primogenitum &c. at non omne primogenitum, immò nullum primogenitum solet, dum nascitur, rumpere claustrum matris: cùm iam hoc in conceptione ruptum sit: ut notauit in *Luc. hom. Origenes.* igitur non hoc est in Scriptura & apud diuum Am. mil. 14. brosum aperire vuluam, sed primo prodire ex vtero, ut diximus: quod facit omne primogenitum, hoc ipso, quod nascitur. Netibi de syllogismi tui forma molestus sim, nego quod sumis, nullum primogenitum claustrum matris, dum nascitur, rumpere & aperire. sed probas, claustrum iam antea ruptum esse in conceptione. ratio tua hæc est: *Quod in conceptione ruptum est & rumpitur, id non in partu demum rumpitur: claustrum vteri in conceptione ruptum est & rumpitur: ergo non in partu demum.* Sophisma est à secundum quid ut simpliciter. vera minor est, *xanīn:* sed non absolutè & simpliciter. si non credis: Medicos roga: vel saltem Hebræorum Doctores audi, cùm de duarum illarum vocum, *Abnaim & Mischbar* notione differunt: & cur vox *Abnaim* dualis numeri sit, ob duos scilicet illos cardines, quibus vterus aperitur, non secus ferè atque ianua. Sed quid multis opus est?

tute, Gregori, fateris, solius virginis uterum inter matres omnes omnino clausum esse. Si hic solus omnino clausus est: consequitur, ceteros non omnino quidem, ex parte tamen, clausos esse, coque non omnino apertos: sed in partu quoque ex parte aperiri.

Sed quæ ista tua consecutio est: Vterus Virginis omnino clausus est: eò itaque commodius & verius per metaphoram dici Christus potest aperiisse matris vulnus? Immò, Gregori, quia prorsus clausam patefecit: idcirco solus propriè vulnus aperuit: & in illo solo, vtpote de illo, Ambrosio teste, prolatum, verè illud legis impletum est, *omnis masculus, &c.* an non si aperire hīc aliud nihil est quām primò egredi & primogenitum esse, tam cetera primogenita omnia aperuerunt & aperiunt quām Christus aperuit?

Altera tua ratio est: Aperire vulnus non semper propriè in Scripturis accipitur: ergo hīc quoque propriè non accipitur. vana consecutio. Aqua non semper in Scriptura proprie accipitur: ergo neque cùm Baptista dicit, *ego baptizo aqua.*

Tertia est: Quod Ambrosius in partu Virgini contigit multis in locis negat, id per aperitionem vulnus non intelligit: Sed claustrum Virginis apertum in partu fuisse multis in locis negat: ergo hoc non intelligit, sed aperire metaphoricè usurpat. Sophisma est à secundum quid ut simpliciter. ex parte negat, non simpliciter. negat, vt exposuimus, septum pudoris & claustrum virginitatis apertum esse: utriusque claustrum apertum esse, tantum abest, vt vsquam neget: vt firmis id rationibus astruat: vt iamque, dissipatis tuis nebulis, planum faciemus: ubi simul apparebit: neque me impudenter fecisse, quòd Ambrosium hæresi vestræ opposuerim: neque Rhenanum imperite dixisse, quòd Tertulliano subscripterit: sed te im-

*in Luc. lib.
2. cap. 2.*

Matth. 3.

puden-

pudenter & impiè facere, quòd luci tenebras offundere frustrà conaris. quia muis simpliciter negari minor possit: quia nusquā Ambrosius negat, claustrū aut vterū virginis apertum esse: sed tantū claustra virginitatis, claustrum pudoris, signacula integritatis solata & violata esse negat.

Quartam tuam rationem concedo: magisque concederem, si dixisses, qui pugnet cum Scriptura sancta: sed nego interpretationem nostram qua verba illa, *τὴν μῆραν*, interpretamur, vel cum Scriptura vel antiquis Patribus pugnare.

Quinta tua ratio, seu potius calumnia, quam tuis verbis proponam, hæc est: accedit, inquis, quòd istud ipsum tuū argumentum, ex apertione vulva petitum, Patres etiam, ut occurrant cauillationib. hostium integrat. Virginis (qualis es tu miser Fortunate) sibi proponunt & soluū eodem modo quo nos. accedit etiam, quòd antiquissimus Tertull. contra veræ carnis hostes (qualis tu es miserrime Gregori) veritatem carnis propugnans, hoc ipso argumento vtitur, quo nos vni sumus. Sed quid cōcludis? ergo (hoc enim probare institisti) Ambrosius & Scriptura *τὴν μῆραν* *ἄνοιξην* impropriè usurpant & metaphoricè. infirma consecutio: infirmius & planè falsum antecedens. falsum, inquam, vtrunq; est: & quòd meū argumentum Patres dissoluant: & quòd eo, quo tu facis, modo illud dissoluant. nonne tu te fateris, eos cum virginitatis hostibus depugnare? num nos virginitatem oppugnamus? num partus aperti vteri (alius enim nullus est) virginitatem adimit? nec idem igitur argumentum, nec eodem, quo tu facis, modo Patres dissoluunt.

Amphilochius meus est nō tuus: vt ostensum est antè. Hieronymus itidem meus. quia disertè scribit, solū Chri-
stum clausas portas vulvæ virginalis, vt scilicet exire pos- Orat. de oc-
curso Christi
& Sim.
l.2.con. Pel.

set, aperuisse: quem ad modum solus Pontifex per portam orientalem ingreditur & egreditur: solus eam aperit ut per eam ingredi possit & egredi. quod autem addit, portas illas virginis clausas nihilo lecias iugiter permansisse, id de ipsa virginitate accipiendum est: ut exposuit. Hæc enim unica vera, tum horum Hieronymi verborum, tum aliorum Patrum, tum illorum Ambrosij locorum, quæ in speciem pugnare videntur, conciliatio est: quod aliud sit, claustrum pudoris & virginitatis, aliud virgini claustrum aperire.

*In Luc. lib.
2.6.2. de ins.
virg. c.7. & 8.*

Nihil aliud Beda voluit. et si enim viretus egressuro cessit: virginitas tamen illæsa permaneat. clauso vetero egressus est: sed qui egressu sit diuisus: sicut summus Pontifex egrediebatur. Interim verum est: & Bedam recentem esse: me autem antiquos Patres postulasse: & non immerito forsitan hunc Bedæ locum suspectum videri. Sed quid si huic tuo Bedæ Tertulli. vt alios mittam. opponam? Quid si ab eo ad Scripturas prouocem? Vbi Scriptura quam pollicatus es? hic murus ahencus esto. Liquet ex his, quæm vanes sint Gregorij cauillationes, quibus genuinum illorum verborum diarij en r̄u m̄nt̄as, sensum obscurare, & tū Ambrosium, tum Scripturam, depravare conatur.

Sed nos in hunc modum, pro Ambrosio, contra Gregorium, ex Ambrosio, ratiocinamur: Si solus Christus vuluam aperuit, consequitur vuluam aperire non esse primò exire, sed verè aperire, & penitus clausam patefacere: at verum prius: verum igitur & posterius. Translatum Ambrosij est: connexum probatur: quia primò exire Christo cum infinitis commune est: penitus vero clausam patefacere illius proprium. ac ne mihi dicas, illum peculiari quadam ratione primò egressum esse: eaque ratione solum aperuisse vuluam ab Ambrosio dici: excluderis ab hac obiectione ab ipsomet Ambrosio, particula illa sibi. Qui sibi, vuluā aperuit is propriè non metaphorice aper-

tuit: Christus, *sibi*, vuluā aperuit: ergò. Minor Ambrosij. maior plana est. Sibi enim aperire, est viā inuiā siue reclu-
sam, & ab alio nemine patefactam, sibimet, propria vi, pa-
tefacere. hanc Ambrosij mentem esse, iam iam planius
ostendemus. Quòd si vuluā aperire aliud nihil est, quām
primò exire: sibi eam aperire erit sibi primò exire, cui
ergò secundò: cui tertio Christus est egressus?

Item, qui matris suæ vuluam idcirco aperuit, ut imma-
culatus exiret: is verè & propriè, non metaphoricè, eam
aperuit: Christus matris suæ vuluam idcirco aperuit, vt
immaculatus exiret: ergò verè & propriè non metapho-
ricè: estq; aperire vuluam Ambrosio, verè & propriè, non
metaphoricè aperire. Minor itidem Ambrosij est. maior
probatur: quia primus egressus causa non est, cur quod
egreditur sanctū sit & immaculatū: quod alioquin omne
primogenitū sanctū esset & immaculatū: qui autem ita
primus egreditur, vt terrenæ contagia corruptelæ imma-
culati parrus nouitate non sentiat, sed clausam & invio-
latam omnino solus sibi patefaciat, is immaculatus egre-
ditur: quia ex claustrō puro & nullo modo maculato. At-
que hæc Ambrosij mens est, claustrū virginalis vteri clau-
sum prorsus esse debuisse: quòd alioquin, si ab alio quām
ipso Christo vlo modo apertum fuisset, commaculatum
fuisset: coque Christus immaculatus exire non potuisset.

Confirmatur magis, quòd sicut Ambrosius antè non
absolutè dixit, aperuit vuluam, sed *sibi*, aperuit: ita quoq;
nunc non tantum dicit, aperuit vuluam: sed, *matris suæ
vuluam*: & quidem matris propriæ, seu propriam alienæ
opponens. Sicut enim alienam vuluam sanctifica-
uit: vt Prophera nasceretur: ita solus matris suæ vuluam
aperire debuit: vt immaculatus exiret: quia solus is est qui
sanctificare, sancte, & sine macula aperire potest. Hæc Am-
brosiana fulmina sunt, Gregori, contra vestram hæresin.

vbi tuæ præstigia in Ambrosio? audebis ne in posterū tuā chimæram Ambrosij pallio palliare? non minus igitur Ambrosius meus est, quam Tertullianus: & cū Ambro-
sio Patres & Scriptura sancta: quibus & cui idem prorsus
est nō diavoīyev μῆτερ, quod Ambrosio.

Sed adcō ne mutus factus es, Gregori: vt nihil ad illas,
quas percensui, rationes, & ex Scriptura Tertullianus vr-
get, respōdere potueris? num illud solum ex Tertulliano
obieci, quod Apostolo teste ex muliere factus sit? nonnē
cum Tertulliano & Ambrosio cum primis illud legis vrs,
πᾶν ἄρτον διαβούν μῆτερ, &c. ad Christum propriè perti-
nere, in Christo verè impletum esse, eoque Christum pro-
priè, & solum verè vuluam sibi aperuisse?

Gal. 4. Neque sanè absurdum est quod ex voce, mulieris, Ter-
tullianus colligit. Etsi enim omnis virgo mulier est: ma-
gis tamen mater mulier est, mulierque dici consuevit.
Sed de claustris plus satis ad patentia transcamus.

Ægrè fert iste Gregorius quod de cœlis respondi. at-
qui magis stomachatus fuisset, si nihil respondisssem: qui
ad leuisimā quæque sibi vult responderi: & in Calvinum
similem ob causam est inuestitus. Sed quia illud, ut ais, nec
vrsisti, nec vrgere potes: non diu in cœlo te detinebo: qui
aliò properas. negari, & nego, Christum vero suo corpo-
re cœlos, non diuisos, penetrasse. Causa inter ceteras, cur
id & negarim, & negem, est, Quod si aëris, ignis, aqua, μέτα
στοιχ. habent: multò magis cœlum, quod corpus est sim-
plicius, & de sententia Commentatoris, simplex mate-
ria, eā habeat. Quid tu ad hæc Gregori? ergo ne tibi Forti-
nate, cœli aërei, vel aquei, vel lignei, vel certe rari & perme-
biles sunt: ut possint instar aëris loco cedere? omnino Gregori
μέταστοιχ. habent: aëreos autē, aut aqueos, vel etiā igneos,
quod tui Magistri fatetur esse, ex mea ratione nō cōsequi-
tur. in Arist. & Cōment. illud legi, vbi cunq; legi, simplicia
cor-

bb.8.phys.
com.78.8.
79.1.cœl.
com.20.2.
cœl.36.37.
3.cœl.com.
25.de sub.
orb.c.1.2.3.

CAPUT SECUNDUM.

77

Corpora ~~permeare~~ habere: cælum corpus simplex esse: simplicius elementis: corpus per corpus non permeare.

Quid porrò de materiæ simplicitate & corporis perfectione garris i nōnne simplicia corpora corpora sunt: & ~~permeare~~ nihilosecius habent: à quibus autem & quibus rationibus Commentatoris de cælis opinio ex scholis explosa est: num ab illius affectatoribus, ab Auerroistis, quos vocant, præter quos Philolophos non agnoscet nōnne ipsiusmet Aristorelis est, qui elementorum formam gra- lib.1. de Cal uitatem & leuitatem statuit, cælum autem gravitate & cont.18. & leuitate, coque corporea forma, vacare docet: responde, seq. si potes, rationibus Cōmentatoris, saltem illis, quas octa- Com.79. uo Physicorum, & primo De cælo adfert. Com.20.

Argumentum tuum, ex variatione & interitu ductum, vanum est: quia, quā ad interitum, maiorem particularem in secunda habet. Variatio diuisionis cum natura cæli non magis pugnat quām latio. nec mirum, si eam Aristoteles ignorauit: qui locum quoque supra cælos ignorauit: quorum neutrum profectò vel ignorasset vel negasset, si humana corpora sursum in supremum illud cælum recipisciuiisset.

Quod Scriptura cælos firmos, solidos, appellat, id facit, non, quod lapidei, ænei sint, aut ferrei: sed quod firmi & immoti, suoque loco, licet mobiles, fixi, instar muri consistant. Quod si etiam lapidei essent & ferrei: virtuti tamen diuinæ, qua grauia sursum feruntur, cederent: ut de ianuis antè responsum est & lapide. Hos cælos Christus penetravit: & ego suo tempore certò penetrabo: sed tu nequaquam: nisi Babylone fueris egressus. num verò penetrationem nullam nosti, præter eam, quæ solidorum est: nōnne vel ex solo Damasco discere potuisti penetrationem illam, qua alterum diuidit, alterum diuiditur?

De sonoverò concentuque cælorum quid noui nobis,

K iii

Paron, ex Magistro tuo adfers? num ibi duorum , invicem
 in tertio aliquo sese verberantium , istus ? nonne conti-
 guicæli sunt? ex qua quæsto Philosophia quæve Theolo-
 gia id didicisti? vnde concentum tuum nobis probas? in
 cap. 38.
 Iobo, inquis, scribitur, *Quis enarrabit calorum rationem? O*
concentum cali quis dormire faciet? o te miserrimum , qui
 credere cogeris quicquid Parocho placet. Antiqua versio
 sic habet. Sed aliud tum Hebræa veritas postulat: tum an-
 tecendentia & quæ consequuntur. Vox enim Neble hinc nō
 instrumenta Musica declarat: sed vel descendentia , plu-
 uias: vel potius lagenas , id est , nubes , que instar lage-
 narum aquas continent & effundunt: vt terra , quæ pax
 siccitate diffiniebatur, iis cogatur & continuetur: vt ver-
 su sequenti dicitur. De aëre igitur & nubibus hinc sermo
 est: non de ipsis cælis: vt altera quoque vox Schachkim que
 aëri rectius quam cælo tribuitur, sat is indicat. Merito igitur
 alios tuo more calumniaris : malos Philosophos &
 Theologos appellas: qui ne prima quidem vel veræ Philo-
 sophiæ vel veræ Theologiæ elementa didicisti.

de Sacram.
lib. 3.

Quid amplius agis , Gregori? falsum ne pronuncias
 quod scripsi, panis substantiam à tuis explosam esse, vt pe-
 netrationem sugerent? cur Guitmundo , id disertè profi-
 tenti, non respondes? de Guitmundi, inquis, argumento non
 laboramus. quî sic Gregorii itâne in fundamento consen-
 titis? verum igitur est quod scripsi , tuos , siue tuorum ali-
 quos, hâc τε μεμονωμένα causam adferre, quod penetratio
 adūvare sit. Sic enim Guitmundus, *Quomodo enim in solido*
corpore panis alterum corpus latere posit, videri non potest.
 Sed cur ad ceteras tuorum antilogias nihil? agnoscisne
 vestram incōstantiam & μερυσιας morbum incurabilem?
 Sed verbis Christi sua constare veritas nequit sine μερ-
 σia. planè, Gregori: sicut etiam vera Christi caro sine eâ-
 dem constare nequit. Quid tu probaris, partim iam li-
 quet:

CAP V T S E C V N D V M.

78

quet: partim suo loco magis magisque patescet.

Argumentum III.

Tertij tui Argumenti summa, Gregori, velis nolis, huc
redit: Patres vnicum Christi corpus diuersissimis in
locis adesse scribunt: diuersis igitur in locis est, nega, si po-
tes, hoc tuum argumentum esse. Quod si male illud con-
struxi: cur id non demonstras? cur tu non rectius illud co-
struis? cur ~~et~~ ^{et} disputas? lucem fugis?

Antecedens autoritate Patrum, Chrysostomi, Nysseni, Basilij, Ambrosij, Augustini, confirmasti. respondi ad probationem (argumentum enim concedimus) Patres aliud nihil velle, quam Christum vero suo corpore, quam
veru corpus & vera caro est, sursum iam in cælis esse: simul
tamen etiam hic in terra, in locis innumeris, infinitorum
manibus pertractari, sacramentaliter: quod sacramētum
illius, quod sanctus panis & sanctum vinum est, manibus
pertractetur. Consecrationis eadem ratio, innumeris in
locis consecratur: quia in locis innumeris elementum pa-
nis & vini benedictione corpus fit & sanguis Christi: intel-
lige, mystice & sacramentaliter, non essentialiter. Quid
in hac tibi response displicet?

At Patres, inquis, rem admirabilem esse censem, ut corpus
Christi, quo tempore sursum in celo est, eodem tempore in terra,
nostris, immò omnium, Gregori, manibus pertractetur: nul-
lum autem miraculum est, eodem tempore rem aliquā in uno lo-
co esse, & eiusdem rei signū esse in alio loco: non igitur tantum-
modo volūt Patres, eodem tempore corpus Christi esse in celo, &
eius signū seu sacramētū in terra manibus nostris pertractari,
ut vos Sacramentari dicitis sed ipsummet corpus Christi, quod
est in celo, esse simul præsens apud nos in Eucharistia, & manibus
nostris pertractari. In qua vero figura, in quo modo, hoc
tuum argumentum, Gregori? Vbi ex puris particula-
ribus in secunda ratiocinari didicisti? num à nouis illis

Logicis siue Logices corruptoribus id didicisti?

Præsentia illa , qua res aliqua in vno loco est , signum autem illius in alio , miraculum non est: præsentia ista, qua Christi corpus sursum est , & nihiloseius h̄c in terra manibus pertractatur, miraculum est : quid sequitur? ergo præsentia ista non est illa. hoc duntaxat sequitur: nulla tamen consequentia necessitate: quod ex puris particularibus siue singularibus nihil ex necessitate efficitur: sola esthesi excepta: quæ in secunda locum non habet. Plus itaque concludis, Gregori, quam debeas: & secus ac leges ferunt, concludis: itaque nihil probas.

Scire verò debes, Gregori, et si res sit admirabilis, quod qui sursum sedet, eodem tempore manibus omnium pertractetur: id tamen ordinarium & perenne esse: eoque, propriè loquendo, miraculum non esse: dein aliam longè rei & illius signi, aliam corporis Christi & sacramenti rationem esse. Communè signum rem ipsam, cuius signum est, non exhibit: & qui signum habet, non idcirco rem ipsam habet: qui verò corporis sacramentum eo quo debet modo habet, is simul ipsum quoque corpus habet: non quidem quam corpus est (sic enim in Eucharistia legatum nō est) sed quam traditum & cibus est: qui ad æternam vitam nos nutricatur.

Probaui deinde responsionem meam: ostendique, Patres sacramentaliter loqui: & corpori adscribere quod panī duntaxat & sacramento competit: quod Christi corpus in Eucharistia videri, tangi, frangi, scribant: spiritualem non corpoream corporis præsentiam statuere: quod aquilarum non graculorum hanc mensam esse dicant: quod corpus Christi cibum mentis non ventris, mente non ventre vel ore contingendum esse vnanimi consensu doceant.

Ex his duo effici cōcedit iste Gregorius: alterum, quod Sacra-

*Chrysost. in
Iohā. homil.
45.1. Cor. ho-
mil. 24. de
conse. dist. 2.*

CAPUT SECUNDUM.

Sacramentatione, vel ut ipse quoque malè loquitur,
sub aliena specie, corpus Christi videri, frangi, tangi dicatur:
quod cibus sit animi non corporis.

Et hoc ipsum est, Gregori, quod probauit. stat ergò mea
responsio. Cùm igitur animi cibus sit non corporis: verè
animo fidelī præsens est, quā cibus est: etsi quā corpus
sanguine præditum est, in coelo duntaxat sit, non in terra:
quia ea parte cibus non est animi. Hanc præsentiam Pa-
tres docent, non aliam interpretationem tuam, ut hære-
ticam, repudiamus: quæ vera tunc erit, vbi ~~per se~~ port-
tentum ex Scripturis nobis demonstraueris: id quod ad-
huc nondum præstisti. Sicut ergo causam nostram iuuat,
vestram autem planè damnat, quod Christi corpus
animi, & quidē animi fidelis, cib⁹ est, ore mētis fidelis, nō
corporis suscipiendus: sic eandē Emissenus iuuat, cùm idē
disertis verbis testificatur. Si enim animi duntaxat cibus
est: ab animo quoq; duntaxat manducatur, nō à corpore.
In Sacramento vero ipsum Christi corpus esse, oreq; cor-
poris manducari, itaque manducatum vim istam habe-
re, vt animum spiritualiter nutriat, id non est mentis ci-
bum esse: sed mentis cibum esse Patribus est mente & ore.
sue manu cordis non corporis suscipi & contingi, interio-
ris non exterioris hominis palato absumi.

Obiecit etiam iste Gregorius Augustinum De cura
pro mortuis, & Liturgiam Basilij, respondi, ex Augustini
verbis nihil effici: deinde nec librum illum Augustini
nec Basilij Liturgiam authenticam esse. Hic iste, verbo-
rum scilicet nomenclator, librum illū De cura pro mor-
tuis Augustini esse probat. an quia authenticum esse ne-
gauit, Augustini esse negauit? num qui instrumentum au-
thenticum esse negat, negat illud huius aut illius, ab
hoc aut illo conscriptum esse? negauit, & nego, librum
illum Augustini autoritatem habere dogmata compro-

De conf. d. 2.

L

bandi. Verè itaq; coram tuis Heluetiis stabis, ut butyrum
in Sole.

Basilium ut concedo de vino aqua miscendo præce-
pisse: ita nego, Lyturgiam illam, quæ sub illius nomine
circumfertur, illius esse: quia in ipsius vita non percen-
tur: quia varia & diuersa circumfertur.

*Ad Hebr.
homil. 17.*

Quòd Basilium cum Chrysostomo concilians, itemq;
aduerbia illa Chrysostomi, híc, illic, explicans, Chryso-
stomū sacramentaliter loqui fateris, iterū responsionem
meam confirmas. Quemadmodum enim Christi corpus
videri, híc aut illic esse dicitur: eò quòd Sacramentum il-
lius videtur, híc aut illic est: ita manibus omnium pertra-
ctari, innumeris in locis consecrari, dicitur: quia Sacra-
mentum manibus omnium pertractatur, innumeris in
locis consecratur.

Firma itaque mea responsio est, & vanum tuum ar-
gumentum: si facilis hæc tua conciliatio est. simul
vanum est quod de intima & non aspectabili corporis
Christi cum speciebus coniunctione sine probatione gar-
gis.

Vtrius autem expositio ineptior est, verbisque Litur-
giæ minus consona, meane, qua verba illa, *inuisibiliter*
coës, vel versaris, de deitate expono: an tua, qui ea de con-
iunctione non aspectabili interpretaris? Attende, inquit
Liturgia, *Domine Iesu Christe, Deus noster, de sancto tabernaculo tuo, &c. qui supra cum Patre sedes:* & híc *et erga tuos versaris, & dignare potenti manu tua impertiri nobis impollutum corpus tuum, &c.* deitatis mentionem in his verbis fieri audios nullam coniunctionis. et si ergò de deitatis præsentia Li-
turgiæ verba rectè accipiuntur: concessi tamen, corpus
Christi cùm sacramentaliter, tum *κοινωνία*, verè præsens
esse in coena, hoc est, non sanctum duntaxat panem in ea
percipi, sed simul etiam ipsum Christi corpus: sed orç &
palato

palato cordis, non corporis. sacramentaliter itaq; præsentē esse, non est sub aliena specie præsentem esse, sed ratione Sacramenti, sicut videri, tangi, frangi, sacramentaliter, est ratione Sacramenti, videri, tangi, frangi. Contrarium, si potes, demonstra.

Argumentum IV.

Quatum argumentū hisce verbis Gregorius iste proponuit, Non esse, quemadmodum isti contendunt, impossibile, ut corpus unum diuina virtute in pluribus simul locis præsens ad sit, ratione præterea, & argumentandi forma, in ijs disputationibus, quæ sunt de potentia Dei, valde firma: sic probo: Quicquid non inuoluit ullo modo contradictionem Deus potest facere: Sed ut corpus unū in multis sit locis, non est res eiusmodi quæ in uoluit ullo modo contradictionem: Ergo ut corpus unum in multis sit locis Deus potest facere. Nega, si potes, Gregori, hoc tuum argumentum, & hæc ipsissima tua verba esse. Hoc argumentum hisce verbis retuli, Quid nullo modo contradictionem inuoluit, id Deus facere potest; sed ut unum corpus in multis locis sit, contradictionem nullo modo inuoluit: facere igitur illud Deus potest. ludicet iam pius & prudens lector, an istius Gregorij argumentum miserabiliter intellexerim, infideliterque re-tulerim. Minorem, ut falsissimam, negauit: confirmationem illius profigauit.

Quid ad hoc iste Gregorius? ruinosam videns suum fundamentum, aliud argumentum iam construit: quod hoc est, Omne accidens rei, quod sit nimiri extra rei essentiam & ipsare naturā posterior, potest sine contradictione diuinitus in re multiplicari, saluare rei unitate: præsentia corporis in loco est accidens corporis extra essentiam illius, & eo posterior: ergo præsentia corporis in loco potest sine contradictione diuinitus multiplicari in corpore, salua corporis unitate, ita scilicet ut unum & idem corpus sit præsens in multis locis. Nec sit

miserrimus simul & impudentissimus iste Sophista, quo pacto pudenda sua tegat. Quid tibi vis, Gregori, cùm aīs in maiori, omne accidens rei, quod sit nimirum extrare essentiam? in' aliquid accidens extra rei essentiam non est. Sed maiorem negamus. esse entale enim accidens, cūl naturā posterior, & pars essentiæ non est: esse entale tamen est: eoque sicut auferri, salua re, cuius accidens est, nequit: ita quoq; multiplicari nequit, nisi re multiplicata: de quo hoc eodem capite suprà plura, & mox sequenti aliquid.

Maiorem probas: prius & posterior esse entaliter idem non sunt: ergo posteriori multiplicato, prius non multiplicatur. cōdem res redit, Gregori. consequentiam nego proba, si potes, quicquid de essentia rei non est, id multiplicari posse, renon multiplicata.. quamuis antecedens quoque falsum sit..

Minor probatione non egebat: præsentium tam vana & cōmentitia. circumscrip̄tio siue præsentia in loco sicut naturā posterior est corpore: sic essentiale pars corporis non est: & hoc sensu essentiale non esse libenter concedo: nullum autem inter eam & corpus essentiale nexum esse, hoc verò nequaquam concedo: causam antè audiuiſſi. apage itaque cum tuo extrinsecum. num autem extra coelum locus sit, tuum saltem Toletum consule..

In 4. Phys.

Subiicit iste, Ad hoc argumentū responder in primis extra propositū Fortunatus, circumscriptionē ac præsentia in loco non esse accidens commune corporis: immò verōne & quidem ad hoc tuum, quod nunc adfers argumentum respondi: & quā respondissem, cūm nunc primū illud adferas. Minorem, vt modò dicebā, argumenti tui negauit. cā dupli ratione probasti: quarū priorem his verbis cōplexus sum, Circumscrip̄tio accidens est cōmune, à corpore diuersum, & corpore posterior, eog; non de essentia corporis: constare igitur verū aliquid corpus, vi diuina potest: quod nullo loco præsens sit, nega;

negauit antecedens : eo quod circumscriptio non commune, sed esse entia corporis accidens sit. & hoc tibi est extra propositum respondere ? negabis ne , te in minoris probatione sumisse , circumscriptionem commune corporis accidens esse ? Quid igitur illa tua verba sibi volunt pag. 63.
 minorem illam mihi probatio plane persuadet . nam esse corpus alii cubi praesens id quidem non nisi accidens corporis est , siue absolutum illud , siue respectuum sit accidens . quid hoc aliud est , quam circumscriptionem in ordinem communium accidentium redigere ? cur haec dissimulas ?

Quae de circumscriptione , essentiali accidente , diuina potentia , subiectis , ostendunt , quam intermis sis : qui , nisi cramber millies iam recoctam & concoctam , repeatas , quod dicas , non habes . Sed quæsumus te , antequam commentitiam illam tuam poteritiam , & hyperphysicum subsistendi modum nobis obtrudas , hunc nobis nodum expidas : Si Deus ipse corpus aut quantus esset , circumscriptionem non effugeret , teste Cyrillo : per corpora non permearet , teste Damasceno : ergo , de sententia horum Patrum , Ecclesiæque Catholicæ , ne diuina quidem potentia fit , fieri e potest : ut corpus non sit circumscriptum , ut per corpora permeat : quia si diuina id fieri potentia posset : utique Deus , quantumuis corpus , per corpora permearet , loco que non circumscriberetur . cetera autem confutata sunt : & ad rem presentem nihil attinent .

Altera ratio , qua minorem suam Gregorius iste confirmavit , somnium erat Gregorianum , de vnius tantum corporis creatione . respondi verbis Aristotelis , τὸν οὐρανόν περὶ Κεράτων . & ἐπὶ τῷ περὶ γηματος τοῦτο . Ad hoc iste , nec quæ alii dicunt , nec quæ ipse scribit , intelligens , me sine alio plane quam voluerim , mysterio respondisse . plane , Gregori , sine alio , quam volebam , mysterio respodi . nunquam enim , vel te , Gregori , vel ceterostuos Socios , tam

indoctos socios iudicasse: nisi hæc Græca mea respon-
sio id comprobasset. Verba mea esse Gregorius iste cum
sua Societate existimat. at qui ipsissima Philosophi verba
sunt in extremo libro tertio Physicorum. appareat hinc,
Cont. 73. quales Philosophi sitis: qui præter vanissimam quandam
Sophisticen nihil planè nostis.

Sed illud admirabilius, neminem ex ipsis Sociis, in tot
istorum Sociorum Collegiis atque speluncis repertum
esse, qui saltem horum verborum sensum esset assecutus.
Sic enim illa Latinè reddiderunt, *huius cogitationi credent*
absurdum non enim ad rem hoc. atqui sententia generalis
est, Cogitationi & Phantasie fidem adhibendam non ei-
se, si res aliter se habeat: quemadmodum frustra Grego-
rius cogitat, se Pontificem Romanum esse: cùm res con-
trarium testificetur. Vbi enim, o Socij, præpositionem
patrio casui iunctam, idem quod Latinam præpositio-
nem *ad significare legistis?*

Quid verò credam, & de somnio tuo, Gregori, sentiam
libello meo satis explicavi. Assentior tibi: Deam illa face-
re posse, quæ contradictionem non inuolaunt. contradi-
ctionem verò non inuolui, si vnicū duntaxat corpus, ab
loco conditum, sine loco subsistat, hoc verò tu probabis,
cùm tale nobis corpus exhibebis. Nec verò, sicut tu, sine
mente locutus sum, cùm dixi, *Quod si conditum eiusmodi*
Gregorianum vel potius Melissianum corpus fuisse: tria dimi-
sione, &c. id est, Gregorianū merū figmentum est. Si vnicū
Deus corpus condere vellet: cōderet: sed proba tu Deū id
velle, aut etiā velle posse: qui cōtradicētia, temet teste, nō
potest. mōstra nobis subiectū absq; suo essentiali accidēte.

Quid me iuuet immutabilis ordo, & quantū thesi tuae
officiat: intelligere potuisses, si verba Græca intellexisse.
Multa Deum facere posse, quæ non facit, concedo: ex ho-
rum autem numero esse, vt vnicum duntaxat corpus con-
ditum

ditum sit, nego: quia subiectū sive forma sine essentiali suo
accidente citra contradictionem cōsistere nequit: de qua
re antē. Hic complura alia in Gregorio sequuntur: ad quæ
omnia ordine respondi; quam meam responsonem iste,
veluti responsonem ad quintum argumētum, suo more,
refert: cūm quarti argumenti cauillationes diluat: vt ta-
ceam, quod p̄cipua fraudulenter dissimulauit. Ego ne,
Gregori, ad quintum tuum argumentum hisce respondi;
Causa est, quia in loco esse essentiale corporis accidens est, &c.?
hoccine est fideliter agere?

Quod de ordinaria lege & absoluta Dei potentia hīc
repetis, explosum est antē. Ad te quod attinet, nemo, qui
te diuersis & dissitis in locis simul conspicaretur, vnicum
te corpus habere diceret, nisi tuo more insaniret. quæ e-
nim continua non sunt corpora, ea quo pacto vnum
sunt?

Sed inquis, Hic Gregorius duobus in locis est: hic Gre-
gorius vnum tantum corpus habet: ergo Gregorius iste
duobus in locis vnum tantum corpus habet. Sed ubi, Gre-
gori, ita ratiocinari didicisti? nihil. ne p̄räter *παραλογίζε-*
σεντ nosti? efficies histuis paralogismis, vt tibi scribendi
silentium imponatur: quia causam vestram prodis, non
defendis. plus est in conclusione. sequitur igitur, vnum
tantum corpus habens duobus in locis est: id quod effice-
retur, si verum esset, te duobus in locis esse, & vnum tamē
duntaxat corpus habere: quæ duo simul affirmari de cor-
porea præsentia nullo modo possunt.

Æqualitatis tua relatio vana est: sed tu longè vanior.
negauit, eam totum subiectum occupare. cur diuersum
non ostendisti? quod scribis, te disertis verbis affirmaſ-
ſe, eam totum subiectum occupare, falsum est: qui flu-
tuans locutus es sententia saltē quorundam, inquiens, *non*
improbabilis, respondi deinde, si maximē subiectum totum

occuparet : aliani tamen circumscriptionis, aliam istam relationis esse rationem : quod hæc commune accidens sit: illa essentiale. quid tu? nugas, in ratione accidentis ea conuenire dicis. conueniunt, quod utriusque esse est inesse: differunt, quod alterum esse essentiale accidens est, alterum commune. quare vana tua *ενοχλητικός*. Accidens multiplicari in corpore potest, non multiplicato corpore: circumscriptionis accidens est: ergo. Ut enim maximè maior de communi accidente concedatur: de essentiali tamen nequam conceditur : quod non multiplicatur, nisi forma & subiecto multiplicato. Sophisma igitur est homonymæ.

Inueheris dein in essentiale accidens & Commentatorem: & de communi Philosophorum more, Philosophia prorsus ignarus, garris. Sed hoc quæso nobis argumentum cum tuis Sociis expediatis: Quæ essentialiter cohaerent essentialia sunt: subiectum seu forma, & accidens quod illi per se competit secundo modo, essentialiter cohaerent: essentialia ergo. minor probatur, quia nexo definitionis. Sit itaque, te liberaliter dante, meus Commentator: sit itidem, eadem liberalitate, meus Aristoteles (hunc enim suprà dedisti) & cum his tota Philosophia: si meus Tertullianus, Rhenanus, & paulo post Theodorus. Quid restat? si ceteros Patres non eadem liberalitate dederis: vi illostibi, & cum illis Apostolum & Christum ipsum extorquebo.

pag. 126.

Argumentum V.

QVINTUM argumentum sequitur: quod Gregorius illudem verbis antè repetiit, quibus id priori scripto proposuit, id hoc enthymemate complexus sum: Nec unitas, nec terminatio, vel creatio impedit, quod minus unum idemque corpus in pluribus locis sit: in pluribus igitur

Igitur esse potest, negauit antecedens, ad probationem respondi, nec Deū, nec animam, aut angelum, quibus Gregorius abutebatur, ad rem quicquam facere: quod alia corporis, alia Dei ratio sit, & animæ.

Hic iste, Concedis igitur, nesciens quid cōcedas, conclusionē rationis meæ, nempe, nō ideo corpus in pluribus locis p̄fens esse non posse, quia sit vnu, vel quia sit finitum sive terminatum, est nevrō hæc tua conclusio Gregori? reuocat e: & videbis, te antecedens quod insiciatus sum, cū consequente confundete, de multiplicatione & separatione essentialis accidentis sat dictum.

Illud non falsum, sed verissimum est, corpus finitum loco quoq; terminari: cūm sicut forma corpus intrinsecus terminat: ita locus extrinsecus. illud verò tuum insulfissimum & falsissimum, substantiam teram finitarum generi terminari. Materia enim, quæ generis locum in definitione tenet, non terminat, sed à forma, teste Philoso-

*4. Phys.
Cont. 15.
2. calc. 74.*

pho terminatur. Locum cœli si ignoras, in meo quæso in Acroasis Commentario inquirito.

Postulauit deinde Scripturam, qua probares, animam & angelum sicut in partibus cohærentibus, ita quoq; longè dissitis adesse posse. tu pro Angelo illud Angeli cum, non erit apud Deum impossibile ullum verbum. Cedo ergo verbum, quo se id facturum recepit. Sed verbum pro re accipidi dices: vt sensus sit, Deo nihil adūtare esse, quod scilicet contradictionem non inuoluit. esto. sed vnam & eandem rem finitam in pluribus simul, iisque dissitis locis collocare, est eam vnam & non vnam statuere, taceo iam, quod anima sine informatione anima non est.

Ad Augustinum quod attinet, non ego illum hīc vrsi: sed à cauillationibus tuis vindicaui. illud enim à vobis, vt & falleretis & falleremini, excogitatum discrimen

de naturali seu Physico & hyperphysico alicubi subſtendi modo, ne per ſomnium quidem vnuquam in men-tem venit Augustino: qui, vt ſuprà monſtrauimus. optimè nouit, non posſe eſſentiale rei accidens tolli, niſi res ipſa tollatur. abſolutè pronunciat. *Spacia locorum tolle à corpori-bus: & nusquam erunt: & quia nusquam erunt, nec erunt. ad-mittunt ne hæc verba exceptionem?*

Antithesis tua inepta eſt. vt enim locum habeat, ne-cessere eſt, vt, ſicut corpus præter naturam abſque loco eſt, ita præter naturam in loco Deus ſit. Aſt, inquis, nihil ſu-pra naturam Dei eſt. Aſt, inquam, antithesis tua, ſeu anti-theseos interpretatio poſſulat, vt ſaltem præter natu-ram aliquid ei accedat. Docet igitur omnino ibi Auguſtinus, quod utrique, & corpori, & Deo naturale eſt: ſed ita naturale & eſſentiale: vt ſine eo neque corpus corpus, neque Deus Deus eſſe poſſit. Quem ad modum enim Deus Deus non eſt, ſi loco ſit circumſcriptus: ita corpus corporis non eſt, ſi loco non circumſcribatur. hæc Dei, hæc corporis natura eſt & eſſentia. Quapropter ibidem idem Auguſtinus monet, ne ita diuinitas hominis aſtruatur, vt natura veritasque corporis auferatur: quam auferri cen-set: tum ſi vbiq[ue] diffundatur: tum etiam ſi loco & cir-cumſcriptione, eſſentiali ſuo accidente, ſine quo eſſentia conſiſtere non poſteſt, ſpolietur. Papistica tua ſimil & Vbiquiftica interpretatio ſicut contra Auguſtinum eſt ita nequaquam contra me eſt: nouit Auguſtinus, nouit, circumſcriptionem accidens eſſentiale corporis eſſe: quod ſic intimè cam re cohæreat: vt non magis ſine hoc accidente res eſſe poſſit, quam abſque ſua forma: cum neutrum ſit ſine altero. Quamobrem alibi quoque ſcri-bens, *corpus in quo ſurrexit, puta Dominus, in uno loco eſt* oportet, *corpus ex neceſſitate & in loco, & in uno loco, eſt* pronunciat.

Ad Dard.

*In Iohann.
tract. 30.*

Ad

CAPUT SECUNDUM.

91

Ad hoc testimonium eludendum, aspectabilem illum suum modum & legem ordinariam Gregorius arcensit: sed nihil proficit: quia nihil minus quam iste modus ex illo Augustini, quibus abutitur, verbis euincitur: qui ἀόρατος & ἀπειρυπαττος istorum corpus non nouit. Non thagis Tertullianus illud nouit: immo vero ut hereticum expedit: in primis cum arcanum illud corpus insectatur: sequitur non aliud hominis corpus intellecturum esse pronunciat, quam quod videtur, tenetur, palpatur: idque cum diuino praceptor: qui suum, & quidem post resurrectionem, tale corpus pronunciauit, quod non spiritus, sed verum, ossibus & carne praeditum, eoque sub sensum cadens, corpus sit. Hic iste denuo coccisimum suum occinit, modum naturalem seu physicum, & hyperphysicum ἀόρατος. Sed satis responsum est, modum istum ita naturale esse, ut alius in corpore modus locum nulla ratione habeat: quod sine hoc modo corpus corpus esse desinat.

De refut.
car.

Luc. 24.

Illud Lucæ, ἄφαντη εἶναι ἀπ' αὐτῶν, non docet, Chri. Luc. 24. stum euanuisse, & presentem ἀόρατον factum esse: sed ab illis discessisse, eoque non amplius ab illis conspectum esse: quemadmodum etiam Ambrosius illo suo inuisibili aditu nequaquam vult, Christum inter ingrediendum ἀόρατον suo corpore factum esse: sed nemine vidente & animaduertente, ingressum esse, repenteque præter omnium opinionem, medium astitisse.

In 24. cap.
Luc.

CAPUT III.

QVO ARGUMENTVM, AB ESSEN- TIALI PROPRIETATE DVCTVM, vindicatur.

AFFINGIT nobis planus iste tale argumentum: Omnes proprietates naturalis corporis insunt in corpore Christi: uno tantum in loco praesens esse proprietas est

M ij

naturalis, seu corporis naturalis: inest igitur in corpore Christi. Negaui & nego, id nostrum argumentum esse.

*lib. 4. Infl.
fili. 24. 32.*

Hic iste, me nescire, ait, quomodo Caluinus sit argumentatus. ast non pudet istum cum Caluinistis, quos vocat, disputare, quorum rationes hebet e suo capite non al sequitur. Quo pacto Caluinus argumentetur, dictum est capite primo.

Argumentum nostrum hoc esse dixi: Nulla proprietas essentialis auferri à re aliqua potest, quin res ipsa simul auferatur & destruatur: in uno tantum loco, uno tempore, esse, proprietas corporis est essentialis: auferri igitur à corpore non potest, quin corpus simul auferatur & destruatur. Vtranque propositionem confirmavi: maiorem, quod res & essentialis proprietas nexo in explicabili *καὶ αλιτω* cohærent: quia, vt initio secundi capituli exposui, nexus definitionis: qui nec physicè, nec hyperphysicè dissoluitur: minorem, quod circumscriptio in uno loco, ratione essentiæ, ratione trinæ dimensionis corpori competit: sicut homini vis ad ridendum.

*Ex 4. Phys. obrationem: id quod perspicuis Philosophi verbis docuit
ann. 7d.*

Sed quid iste scribit pro suo candore, me hinc rursus repetere, proprietatem fluentem ex essentia corporis esse, ut sit tantum in uno loco. Egoverò, Gregori, non repeto: ne dum rursus: sed argumentum meum confirmo. Tu verò coccysum tuum, millies tibi negatum, de naturali seu physico & hyperphysico modo, sine fronte repetis. Aristoteles, inquis, secundum naturam rei loquitur, quid scilicet ex sua natura possit. rectè, Gregori, secundum naturam rei loquitur, sicut & Patres, Augustinus, Cyrillus, Damascenus & alij: quia docet, quid corporis natura ferat, & quod corporis natura destruatur, si se cus fiat.

Sed

CAPUT TERTIUM.

93

Sed locum postulas, vbi Philosophus dieat, planè implicate contradictionem, ut corpus sit absque loco. En 3. Phys. contr.
ex innumeris illum impossibile enim est locum & corpus aqua- 49.
bianon esse. nec enim totus locus maior est, quam quantum simul
etiam corpus esse contingit. &c. neque corpus maius loco. alio-
quin vel inane aliquod erit: vel corpus, quod non squam sit. Cor-
pus itaque nusquam seu absque loco esse, huiusmodi est,
desententia Philosophi, quod simpliciter adiuvatur est: eo-
que sine manifestissima contradictione statui non potest.
Enigitur Aristotelem. sed tu tandem aliquando, Grego-
ri, locum nobis aliquem vel ex Aristotele, vel Scripturis
producito, qui vestrum illud, de gemino modo, commē-
tum astruat. contradictione enim inuoluitur, si res essentia-
li sua proprietate spoliatur: quia simul esse & non esse per-
hibetur.

Firmissimum itaque nostram argumentum est: tunc
verò, quod opponis, vanissimum. Ita ratiocinari: Natu-
ralis proprietas corporis est, ut pati & corrumpi possit, ut, si vi-
num sit, alimonia indigeat. &c sed Christus omnes corporis pro-
prietates naturales induit: ergo ne supernaturaliter quidem iam
ei competit, ut pati non possit &c. Fateris, plus cōcludi quam
sequatur: eo quod vocabulum *supernaturaliter* in con-
clusionē assuatur, quod non erat in præmissis. ego verò
non istam duntaxat ob causam plus conclaudi dico: sed
etiam ob illam, quod aliud nihil sequatur, quam hoc.
ergo Christus etiam has proprietates induit. atque hanc ob-
causam prius tuum argumentum, quod vocem istam su-
pernaturaliter non habebat, repudiaui. Cur illud, si vox de-
mum *supernaturaliter* peccat, non vindicasti?

Sed argumētum nostrum tuo simile dicis: Calvinū.
que non minus plura cōcludendo peccare iniuriam Cal-
vino facis: qui vt capite primo demonstrauimus, aliter
longè, quam tu illi affingas, ratiocinatur. argumentum

ergo nostrum nihil cum tuo commune habet: quia fallax non est ut tuū: nec ē naturalis corporis, sed corporis absolute, non ē naturali, sed essentiali ductum est proprietate.

Hic iste, est-ne aliquod discrimin inter proprietatem naturalē & essentialē, ut tu vocas? num dubitas? Vnde tu dicisti, naturā & essentiā appellatione dūtaxat discrepare est. ne tibi omnis natura essentia, & omnis essentia natura? ergo ne quicquid essentiam habet id naturā habet, internū illud motus & quietis principiū? ergōne Deus quoque tibi mobilis est? Scis-ne quid natura sit, naturāq; constantia? Cur in hac disputatione de corporis circumscriptione, confundis quæ diligenter erant discriminanda?

Naturalis, attēde Gregori, proprietas, si propriè loquamur, proprietas est corporis naturalis: quæ essentialis est illi per se insit: essentialis autē, quæ essentiali seu definitionis nexu cum re, cuius proprietas est, cohæret: siue naturalis, aut naturalis corporis, proprietas sit, siue non sit, ita pati posse naturalis corporis proprietas est: & quidē p se secundo modo: quia ob cōtrarias illas repugnantias in corporis, sed corporis absolute accepti, corporis Mathematici: quia cuicunq; inest, illi ob trinā dimensionē inest, ob terminos Mathematicos, nō ob accidentiā naturali, naturales proprietates, etiā quæ per se sunt & essentiales quæ scilicet corrupti corporis, quā corruptū est & subiectū vanitati, proprietates sunt, in altera vita tolluntur: essentiales illæ, cuiusmodi circumscriptio est, nō tolluntur. Causa est, quia corpus naturale seu Psychicū spirituale sic corpus autem nō sit Spiritus. En discrimin inter essentialē & naturale: quod in hac disputatione diligenter est obseruandum, en causam, cur essentialis vocabulo, in hac cum primis disputatione, vt amur.

Denuò itaq; dico, cūm forma, siue subiectū, & accidens illius

illius esse^tial, esse^tialiter, & nexo definitionis, quod nec Physicè nec hyperphysicè dissoluitur, cohæreat: accidens istud tolli non posse: nisi simul subiectū illius tollatur, quā quidē illius subiectū est. id sic declaro. Circūscriptio à corporibus gloriosis nō tollitur: quia corpus, quā corpus & tri- na dimensio est, quod primū huius affectionis subiectū est; nō tollitur, aut immutatur: pati posse, alimento egere, & cetera id generis, quæ Psychici & corrupti, peccatōq; vanitati subiecti corporis, quā tale est, proprietates sunt, in altera vita tolluntur: quia subiectū tollitur & immutatur: nō quod corpora nostra post resurrectionē corpora non sint, materia & forma, carne atq; sanguine cōstantia: sed quod ea parte, qua primū harū infirmitatū subiectū sunt, immutetur, & esse desinat: id quod sunt, non quā materia & forma, nō quā carne & sanguine, cōstant (alioquin primi quoque nostri parētes ante lapsum infirmitatibus istis obnoxij fuissent) sed quā eiusmodi carne cōstāt, quæ peccato integritate excidit, hoc est, quā corrupta sunt & obnoxia vannitati. Ab hoc corporū statu, in quo dū sunt, infirmitates moratae, per se illis insunt, cūm corpora nostra vindicētur, quid mirū, si cū subiecto simul cessent proprietates? Sicut enim primorum parentū corpora pati nō potuissent, nisi cōmutata fuissent: ita nostra gloriosarū & cælestium proprietatum non sunt capacia, nisi cōmutentur & à presenti statu & conditione vindicentur.

Ingens ergo discrimen est inter hoc nostrū argumentū: Vno loco contineri esse^tialis proprietas corporis est: ergo corpus simul non est in pluribus locis, tunc physicè nec hyperphysicè: & illud vestrum: Alimento egere, pati & corrupti posse, naturalis sublunarī corporis proprietas est: ergo Christi corpus etiam nunc alimento eget, pati & corrupti potest. harum enim proprietatum subiectum tollitur: circumscriptionis non tollitur.

De penetratione sat dictum antè. ambulatio super quis ut paraphysica est: ita non est antiphysica. Si enim humana vicia deorsum, grauia sursum tendunt, quid nisi diuina?

Sed miserabiliter ad argumentum meum, quod initio huius capituli repetit, iste respondet. Maiorem & minorem negat: maiorem, quod essentialis proprietas afferre hyperphysicè possit, re salua: minorem, quod circumscriptio essentialis corporis proprietas sit, non quouis modo, sed quatenus vel quantum quidem ex ipsa corporis natura est. De istius quatenus vanitate initio praecedentis capituli dictum est. est-ne essentialis proprietas aliquo quidem modo essentialis proprietas, aliquo verò non?

Maior mea non minus firma est. essentialis enim proprietas nullo planè modo, non physico, non hyperphysico, salua re, tollitur. Causa crebrius iam indicata est: & vel ex Cyrillo & Damasceno intelligi potest. Sed cur tu, Gregori, figmentum tuū non probas? immò cur nihil ad probationes meas? num satis esse putas? nego, proprietatem essentialē, re salua, tolli ab etiam hyperphysicè posse. causam audiuisti. tu, si potes, contrarium demonstra. sed demonstrabis, ubi numerum ostenderis, qui neque par sit, neque impar: & ubi primum & secundum per se modum unum reuera modum non esse monstraueris. hic murus aheneus esto, Gregori.

Ad extreūm mihi obiicis, quod, alimento egere, commune viui corporis accidens dixerim. Vbi verò id dixi? num quia aliam essentialis proprietatis, aliam naturalium & communium accidentium rationem esse dixi, idcirco alimento egere commune viui corporis accidens esse dixi? nequaquam. essentialē accidens, cuiusmodi circumscriptio est, à naturali, coquē tum communi, tum per se, ob causam modò dictam, discriminaui. Quid si dixi?

CAP V T Q V A R T V M.

97

dixisse? num semper competit? certè tu ipse ausus non
fueris scribere, pati & corrumpi posse, omni, soli, subluna-
ri corpori, & semper, inesse. Manet igitur omnibus mo-
dis firmissimum nostrum, ab essentiali corporis proprie-
tate ductum, argumentum: quod neque septiceps be-
stia, neque Draco, neque falsus ille Propheta, vel horum
coaxantes emissarij ullo vñquam tempore labefacta-
bunt.

CAP V T I V.

Q V O I L L E R E S P O N S I O N E S

V I N D I C A N T V R : Q V I B V S A R G V M E N -
ta, pro corpore a corporis & sanguinis Christi sub
speciebus præsentia, allata sunt
profligata.

S E P T E M argumenta Gregorius attulit: quibus erro-
rem illum de corpore a corporis & sanguinis Christi
sub speciebus præsentia defendere se posse falso sibi per-
suasit: è quibus nullum fideliter à me relatum esse suo
more calumniatur. Ego verò efficiam: vt omnes intel-
ligant: omnia fidelissimè à me esse recitata: Gregorium
autē responsiones meas fraudulēter trūcasse & reticuisse.

Propositum illi fuit probare, Christum verbis illis
hoc est corpus meum, & hoc, seu vt iste loquitur, hic meus est
sanguis, corpus & sanguinem suum verè ac propriè sub
speciebus panis & vini re ipsa præsentia (sic enim priori
scripto loquebatur) monstrasse. id septem, vt diceba-
mus, argumentis probare frustra nitebatur: quorum pri-
mum, è sexto Ioannis capite peritum, verbosè, declama-
toriorum non disputatorio modo, lucem scilicet fugiens, &
causæ diffidens, proponit; cuius summa, ad rem quidem

N

CONTRA GREGOR.

præsentem quod attinet, huc redit, carnem & sanguinem Christi in Eucharistia non in figura tantum & signo, sed verè ac realiter manducari & bibi.

Primum igitur istius argumentum hisce verbis complexus sum: Christus Iohannis sexto docet, carnem suam & sanguinem suum non in figura tantum & signo, seu in pane & vino, tanquam in figura viuificæ virtutis eius, sed verè ac realiter manducari & bibi: corpus igitur & sanguis Christi sub speciebus re ipsa præsentia sunt. Quid hic mala fide relatum, Gregor? num mala fide egi, quod non singula tua verba percensui? Et cur tu argumentum tuum non aliter iam construxisti: si aliter, quām à me constructum est, construi debet & potest? fatere itaque te sine fronte fidem meam hīc requisuisse.

Ad hoc istius, sic à me constructum, argumentum consecutionis inficiatione respondi, consequens ex antecedente non consequi. probavi responcionem hanc, quod Christi corpus atque sanguis verissimè & realissimè, vt sic loquar, in Eucharistia percipientur: et si neque sub pane & vino latitent: neque sub nudis illorum speciebus: causa simul indicata, quod non ore corporis, sed palato cordis, vt pote mentis non ventris cibis, percipientur.

Hic iste respondet Fortunatus, verè & realiter, &c. Vbi vero consecutionis negatio? responsio in negantia consequiæ consistit. his, quæ tu citas, verbis responsio confirmatur. hoccine fideliter est responcionem referre? sed quid in hac tibi confirmatione displicet? Ex sermoni Christi apud Iohannem, & circumstantiis illius loci ostendisse te dicis, Christi corpus non quomodo cumque verè ac realiter edi, sed in ipso Eucharistiæ Sacramento. at ego verissimè realissimè que in Eucharistiæ Sacramento illud percipi dixi: quia verius & realius, quām panis & vinum percipientur, id quod in Eucharistia sit, corpus & sanguinem

nem Christi percipi scripsi. Verē igitur in Eucharistia presentia sunt corpus & sanguis Christi: sed menti fideli, non ventri aut ori corporis: quæ causa est, cur sub elementis non latitent. Ac quia fateri cogeris, corpus & sanguinem Christi mentis non ventris cibum esse: fateare quoque, cum mente, non ventre vel ore, contingi: quia cibus abeo, cuius cibus est, & quod alit, recipitur: non ab alio; quod non nutricatur: præsertim si ad cum recipiendum naturā sua planè sit ineptum.

Probaui deinde responsionis meæ confirmationem verbis Christi apud Iohannem, & uno atque altero testimoniῳ Augustini. Christus enim manducare & bibere credere interpretatur, *qui ad me venit, inquiens, non esuriet, & qui in me credit non sitiet unquam.* Cælestis igitur ille cibus, quæ illius caro est, fide, non ore corporis editur: id que tam in Eucharistia, quam extra eam. Quapropter Augustinus de Eucharistia loquens, credendo, non ventrem aut dentes parando, hoc est, fidei, non corporis, *in Iohan. Tract. 25.* palato Christi nos carnem manducare scribit.

Ex his, inquit iste, non habens quid respondeat, duo tantum efficiuntur: alterum, viuiscam Christi carnem etiam extra Sacramentum spiritualiter manducari: alterum, carnem Christi in Sacramento non sumi ut sit cibus nutritiens ventrem, sed mentem. De manducatione, quæ sit extra Eucharistiam, in præsentia non labore: sicut etiam non de vanissima tua fidei perfectione, de manducatione vere carnis quæstio est. hanc fide siue credendo tam in Eucharistia, quam extra eam, manducari docet Dominus Iesus: & secundum illum Augustinus. nam quod dicis, priorem illius sermonis siue concionis Christi partem, de spirituali manducatione extra Sacramentum intelligi: id non usque ad eò recte dicitur: *cum unus demque cibus in tota concione promittatur, Dominus*

Iesus, siue caro Verbi, id est, totus Christus, Deus & homo: quia nusquam vel Deitas sine carne, vel haec sine illa, manducatur. idecirco Dominus crucifixam suam earenem panem illum cælestem, de quo in priore concionis parte verba fecerat, esse dicit: cum ait: & verò panis illi, quem ego dabo, caro mea est: quam pro Mundi vita dabo, clarissime docens, carnem suam, quæ crucifixa est, cibum atque panem illum cælestem esse, de quo adhuc verba fecerit, & quem se daturum reperit, cum dixit operamini, non cibum qui pereat, sed cibum qui in vitam aeternam maneat, quem vobis filius hominis dabit: eoque crucifixam suam carnem unum cum Deitate, à qua vis est vivificandi, vivificum & cælestem panem atque cibum esse. Hoc tantum interest, quod in priore concionis parte de fonte vivifici istius cibi, de se, quâ Deus est, Dominus loquitur: in posteriori de medio, de sua in mortem tradita carne, cuius interuentu Deitatem τὸ λόγον participamus: sicut per Deitatem οὐρανῶν cum tota Trinitate, & per panem cum vera Christi carnis, habemus.

Hoc ipsum Augustinus extremo 26. tractatu testificatur: ex quo etiam luce meridiana clarius liquet: in tora concione de eodem pane sermonem esse: ut qui prioris partis verba ad Eucharistiam applicat, cum inter cetera scribit: *Videte ergo fratres, panem cælestem spiritualiter manducate: innocentiam ad altare apportate.* Si igitur extra Sacramentum spiritualiter duntaxat hic cibus editur: etiam in Sacramento Eucharistie spirituali duntaxat ore percipitur: quia unus idemque, & quidem mentis, ut tute satteri cogeris, non ventris cibus.

Sed inquis, licet mentis cibus sit, eo quod mentem nutritur, ore tamen corporis nihilosecius sumitur. quis sic Gregor? Augustinus, inquis, restatur, illud ipsum, quod in corde manducandum est, hoc est, Christi corpus,

premi-

premi quoque dente. Vbi verò Gregorij in illis ne quæ
citaui verbis & nihil minus. Discriminat Augustinus *in Johann.*
tratt. 26.
inter virtutem Sacramenti, & inter Sacmentum aspe-
ctabile: inter rem Sacramenti, & inter signum aspecta-
bile. illam intus non foris, utpote interioris non ex-
terioris hominis cibum, hoc foris non intus, quippe
exterioris non interioris hominis cibum, manducari:
illam in corde manducari, hoc dente premi docet. Vbi
iam illa tua verba, illud ipsum quoque dente premi,
quod in corde manducandum est? nonnè inter virtutem
& aspectabile Sacmentum, interiorem & exteriorem,
eoque cordis & dentium cibum, discriminat? num verò
tibi verum illud & pro nobis traditum Christi corpus du-
plici ratione comeditur, corde, & etiam dente seu ore?
qua id Scriptura te docuit? ac quo quæso modo massa
corporea, quâ talis massa est, & qualem vos οὐρεφάγοι
in Eucharistia singitis, mente seu corde manducatur?
num ad cordis manducationem illa tua localis indistan- *hb. 1. cap. 7.*
tia necessaria est?

Argumentum II.

Alterum Gregorij argumentum hisce retuli: **Caro**
Christi reipsa à nobis editur sicut manna: ergò sub
specie panis est. negauit consequentiam: quod, et si reipsa
à nobis Christi caro editur, eoque re ipsa nobis præsens
est, nequaquam tamen consequatur, eam vel sub nuda
panis specie, vel sub vero pane, latitare. Quid hic ex-
tra propositum? Si pro reali duntaxat prætentia priori
tuo Scripto pugnasti: cur ergò probare instituisti,
Christum verbis illis, *hoc est corpus, &c.* corpus suum & *p. 62.*
sanguinem sub speciebus panis & vini reipsa præsentia

monstrasse? cur non simpliciter scripsisti, ea in Eucharistia re ipsa praesentia esse? & nihil de transubstantiatione qua postea, tibi dixisse. Egone itaque vim argumenti tui non intellexerim: qui conclusionem tuam & rationem tuam expressi?

Quin tu neque meam responsionem, neque tuam rationem intellexisti. De Eucharistia locutus sum: quis *μεστίας & σωρείας* memini: & libenter concedo: verba Domini apud Ioannem, quibus de carnis suæ manducatione præcipit, ad Eucharistia attinere: ita tamen ut manducatio illa etiam extra Eucharistiam locum habeat.

Aliud ergo nunc argumentum construis. Christi, in quis, caro ita verè & realiter in Eucharistia mysterio edita, sicut manna à Patribus edebatur: ergo verè & realiter praesens in Eucharistia continetur. concedo totum, carnem Christi in Eucharistia verè praesentem esse: sed nego, eam sub specie confiniri: quod concludere velle videris: & ex ante-

in Joh. tract.

26.

i. Cor. 10.

cedente non efficitur. Scripsi dein, te Augustini auctoritate abusum esse. is enim cum Apostolo priscos illos Patres nobis, eorum Sacraenta nostris, ad rem significatam quod attinet, aequiperat: aperteque docet: eos idē planè, solis externis elementis exceptis, in suis Sacra-mentis habuisse, quod in nostris hodie nos habemus. hoc enim est omnia illis, præter externum elementum, nobis-cum communia fuisse. quid tu, Gregorii concedis, no- scius quid concedas: idcirco quod altera manu porrigit, id altera mox auferas. Eucharistiam enim signum Christi esse dicis, quod eum praesentem contineat. quasi verò ve- terum Sacraenta eum praesentem non habuerint, si omnia illis, præter externum elementum, nobiscum communia fuere. Sed bene: Eucharistia nostra Christi praesentem continet: illi tum Baptismum nostrum, tum Eucharistiam nostram, habuerūt: ergo & Christum praesentem

præsentem. Sicut enim transitus per mare baptismo nostro proportionem respondit: ita manna & petra illa solitudinis Eucharistiae seu Cœnæ Domini.

Sed bellam tuam demonstrationem audiamus: quan-

tos ipsam veritatem, cùm Patres illi nudam duntaxat figuram habuerint, habere demonstras. *Hec autem inquis omnia in figura contingebant illis:* ergò scilicet veterum Sacra menta nudæ figuræ fuerunt significatæque rei veritatem non habauerunt. O miserrimam structuram, quæ huiusmodi fulcris eget. de generibus illis pœnarum sermo est, quæ inflista Israëlitis Apostolus scribit: ut typobis essent, utque eorum exemplo edotti ab huiusmodi flagitiis abstineremus: ut liquet ex toto illo capite. Sed inquis, *panis, quem frangimus, nonne communicatio corporis Christi est?* & petra Christus erat. non potestis inquis *mense Domini participes fieri, & mense Demoniorum.* nec illi poterant. quid verò dente foris prematur, quid intus in corde manducetur, dictum est: ac manna quidem umbram fuisse: Christum autem, tū in Eucharistia, tum extra eam, veritatem & rem ipsam esse, nullum apud nos dubium.

Argumentum III.

Tertium Gregorij argumentum, quod itidem non ad demonstrandum, sed ad simpliciorum duntaxat oculos præstinguendos, ab eo propositum fuit, hisce retuli: Sermo Christi *hoc est corpus meum* planissimus fuit, & id propriè significauit quod verba sonant: transubstantiatio igitur est. respondi consecutionem vanissimam esse: quam meam responsionem iterum, pro suo candore & fide, reticet iste Gregorius. retorsi dein argumentum istius in *μελίσιαν & ἐγροῖαν:* quod' neutra τὸ πῆπον, verborumque retineat proprietatem.

Hic

Hic iste *Vtinam* verò , *Fortunate*, verba illa omnia *effi*
propria tam fideliter crederes, quam liberaliter das. fidelissi-
mè, Gregori, credo, quod liberalissimè dedi, & nunc ite-
rum do. *Vtinam tandem liberalitatem hanc intelligas*
Si enim, inquis, hoc hoc, quod in manibus Christi erat: est effi
corpus corpus significat: igitur corpus Christi fuit illud, quod in
manibus Christus, ea verba dicens, tenuit, itemque illud, quod
nunc in manibus tenet legitimus minister, &c. Qua vero
consequentia , Gregori ? sequitur , ergò quod manibus
Christus tenebat, id corpus Christi fuit. eadem est Eucha-
ristiæ nostræ ratio . an autem ista verba Christus pronun-
ciarit, dum manibus panem tenebat, de eo post videri-
mus. Subjicit, *Quod si id propriè corpus Christi est: non effi*
igitur panis substantia: sed in huius locum substantia corporis
Christi sub panis accidentibus, quæ videntur, admirabiliter su-
cedit. Si asinus, Gregori, volat, pennas habet. cur ante-
cedens tui connexio non probas? num proximè præceden-
tibus verbis, scopis illis dissolutis, satis id te demonstrare
existimas? vbi in illis vox *propriè?* De constantia mea
Gregori, nolim, te valde sollicitum esse. constantissimi
enim sum : quia certissimus : singula illius enunciati, he-
est corpus meum verba propria esse: et si in attributione, qui
altetur alteri attribuitur, tropus sit : nec hanc ob cau-
sam abullo sum reprehensus: qui id ante complures au-
nos, in Isagogem mea Logica, pluribus sum persecutus.

Sed & Caluino, & mihi met, me repugnare dicis, si sin-
gula verba propria esse concedam. *qui hoc? quia uterque*
figuram & tropum agnoscit. Sed parumper bellas tuas
conclusiones despiciamus. ita ratiocinaris: Metonymia
est, cùm rei significatæ vocabulum signo tribuitur: & id.
circo qui Metonymiam agnoscit, is rei significatae voca-
bulum tribuit signo: Caluinus in verbis illis Christi *hoc* *ef-*
corpus Metonymiam agnoscit: Docet igitur Caluinus

corpus, in illa Christi oratione nō significare propriè Christi corpus, sed signum corporis Christi: atque ita panem dici figuratè corpus, eò quòd est corporis Christi signum. nonne verò tandem aliquando sterrere desines, Gregorii sequitur tantùm, ergò Caluinus in illis verbis rei significata vocabulum signo tribuit, seu tribui docet, hoc est, de pane corpus dici, quòd signum sit corporis: id quod fatemur. Quòd verò doceat, corpus in illo Christi enunciatio non propriè Christi corpus, sed signum duntaxat illius significare, id tua ratione nequaquam efficitur. nonne neverò vides, miserrime, contradicentia te effutire? ait, Caluino corpus in illa oratione non propriè Christi corpus, sed signum duntaxat illius significare: & tamen extemplo subiicis, Caluino panem figurate Christi corpus esse, quòd signum sit corporis. nonne signum veritatis signum est? si panis signum corporis est; nonne veri corporis signum est? num signi signum est? per corpus itaque Caluinus verum & pro nobis traditum Christi corpus intellexit: etsi metonymiam in enunciatio posuit: quæ nihil planè singulorum vocabulorum officit proprietati.

Cedo nunc, Gregori, demonstrationem tuam, cur ego mihi contradicam. Fortunatus scribit, Panis Euchari pag. 21. a. stia Christi corpus appellatur, quòd sacramentum, signum, sigillum, figura, typus, antitypon, corporis sit: item in tota attributione tropum agnoscit: ergo verbum pag. 18. a. est, pro significat accipit: eoque sibi contradicit: cùm singula verba propria esse docet. Iterum vanissima tua consecutio est: sicut tu vanissimus es: qui vanitate vanioribus conclusionibus nobis illudis. quæ enim quæ so consecutionis ratio est, Fortunatus panem Eucharisticum Christi corpus dici scribit, quòd Sacramentum aut signum sit corporis: ergo verbum, est, pro significat accipit, vel corpus pro signo corporis: quæ item istius, Fortunatus in tota

attributione tropum agnoscit: ergò, est, pro significat accipit? Contrarium efficitur, Gregori. Fortunatus in tota attributione tropum statuit: ergò non in vnico vocabulo.

(cap. i.)

Meminisse itaque debes, Gregori, quod supra te duci: aliam singulorum, per se, & seorsum, consideratorum vocabulorum rationem esse: aliam, ut vnum de altero dicitur, sive coniunctorum. seorsum accepta, de disparatis loquor, singula propria sunt: coniuncta tropum efficiunt. quia hoc? quia disparata contrariaque cum sint, coniungi, sibiique vicissim attribui, non possunt: quia tropus ex illa coniunctione existat: qui tamen tropus in nullo vocabulo seorsum, sed in tota attributione & coniunctione, quæ tropicaula est, consistit. sicut enim singula vocabula, priusquam coniungerentur, propria erant: sic in attributione quoque propria singula manet, propriaque seorsam considerata, sunt: et si in attributione tropus est: quia aliud vocabula, aliud eorum coniunctio est & attributio: sicut aliud materia, aliud forma tum syllogismi est, tum enunciationis. exemplum: fasces sunt imperium Romanum. singula propria sunt: fasces sunt: verbum substantiuum sunt sunt, non significat: imperium Romanum verum Romanum Imperium, non commentitium. & tamen in enunciato seu attributione tropus est: quia fasces, propriè loquendo, Romanum imperium non sunt. quæ huīs tropi causa? num vel singula vocabula, vel vnum aliquod ex iis? nullum omnino. quid igitur coniunctio, quæ talia coniunguntur, quæ coniungi sive tropo non possunt. Quemadmodum ergò non vocabula, sed coniunctio & attributio tropi causa est: ita quoque tropus non in uno vocabulo seorsum, sed in coniunctione seu attributione consistit. Quod si quis dicat, tropum in attributo consistere, imperiumque

Ro-

Romanum pro signo imperij accipi: is nihil dicit: quia, attributo saluo relicto, tropum in copula statuere possum. Si alius dicat, tropum in copula consistere, verbum que sunt idem esse quod, significant: is itidem nihil dicit: quia salua copula, tropum in attributo collocare possum. Manet ergo: singula propria esse: germanumque huius enunciati sensum esse: fasces sunt Romanum imperium, figuratè scilicet & metonymicè.

Eadem planè nostri, ceterorumque id generis enunciatorum ratio est. *hoc* hoc, quod in manus Christus sumpsit, verus terræ fructus est: *est*, *est*, non significat: *corpus*, corpus traditum, non signum. in attributione tropus est: qua disparatum, verum Christi corpus, disparato, vero terræ fructui, attribuitur: quæ vicissim attribui non possunt: nisi per aliquam figuram. Sensus igitur est, hoc est corpus illud traditum, id est, panis est corpus Christi traditum, figuratè & sacramentaliter: quod si explices, rectè dicis, panis significat verum & traditum Christi corpus: est Sacramentum, signum, sigillum, figura, typus, antiquitypon, veri, traditiique pro nobis corporis Christi.

Liquet ex his, metonymiam in uno vocabulo consistere: si extra enunciationem spectetur, veluti fasces pro imperio: sin ex signo & re significata enunciatum conficiatur, vs faces sunt imperium, eam in totam attributionem ita diffundi: ut reuera in nullo vocabulo sit. Causa exposita est. Liquet etiam, vter nostrum, egone, an crassus iste Dormilio, intelligat, quid vel pro sua sententia loquatur, vel contra aduersariam.

Sed negat iste, in verbis illis *hoc est corpus*, prædicatio. *Vide Greg.*
nem esse disparatorum: idque se libro primo monstrasse lib. 1. c. 9. p. 59
dicit. Cedo demonstrationem, Christus de eo quod in lib. 2. c. 2. p.
manus sumisit, dixit *hoc est corpus meum*, &c. ast non secundum rationem illam propriam & peculiarem, qua id erat 84. & 91. c. 7.
4. p. 187. c. 5. p. 106. lib. 3. c.
5. p. 225.

panis & vinum: sed secundum rationem substantiarum, tum communem, tum etiam individuam vagam, ut id scilicet continebatur illis sensilibus accidentibus panis & vi- ni: hoc est, pronomine *hoc* substantia quidem praesens, contenta sub illis accidentibus, demonstrata est: sed quia indifferenter tum panis fuit: tum corpus Christi: panis initio enunciationis: corpus Christi in fine illius: ergo praedicatio identica est, non disparatorum.

Falsissimum est antecedens. Primò enim falsum est, talem substantiam, quae indifferenter modo panis, modo verum, idque propriè & substantialiter, Christi corpus fuerit, à Christo pronomine *hoc* demonstratam esse: deinde vanissimum vagum istud individuum. vagum enim individuum illud dici consuevit, quod dubium quidem est, & non satis definitum: singulare tamen, & verum individuum, non genus, aut aliquid commune. Quo igitur modo, quod generale, commune, immò communissimum est, individuum fuerit? nec est quod mihi dicas, vagum individuum te vocare, quod ita singulare est, ut tamen ad unicum aliquid non penitus sit determinatum: sed indifferenter aliud & aliud esse possit, & quasi per plura vagari. questio enim est, non quid tu voces: sed quid veritas dicat. ex qua enim quæsto vel Theologia, vel Philosophia, vel Logice, vagum istud individuum habes? falsum itidem est, substantiam illam, quæ sub accidentibus continetur, in fine enunciationis ipsummet Christi corpus, per admirabilem conuersationem, fieri: quia falsa & commentitia tota illa vestra conuersio. Falsum est, enunciatum illud verum esse, cuius subiectum aliud initio est, aliud in fine enunciationis. falsum denique, ut alia complura mittam, pronomine *hoc* absolutè posito, communem substantiam demonstrari. Falsissimum igitur antecedens est.

lib. 3. c. 5.

pag. 226. b.

Sed

Sed & vana consecutio. Fateris enim, idque non sine contradictione, quippe qui contrarium protulisti, cum scripsisti: *Christum de eo quidem, quod in manus accepit, dixisse hoc est corpus &c.* non tamen de eo secundum rationem illam propriam & peculiarem, qua id erat panis & vinum &c. lib. i. cap. 9. pag. 59.

fateris, inquam, pronomine *hoc* initio enunciationis, panis substantia in demonstrari: coque de vero pane verum Christi corpus enunciari. Disparatorum itaque prædicatione est, initii saltem habita ratione, vanaque consecutio. Maneat ergo firmum, in verbis illis *hoc est corpus &c.*, prædicationem esse disparatorium.

Argumentum IV.

Quartum istius argumentum ita retuli: Et tres Euangelistæ, & longè post Apostolus, illam Christi sententiam; seu illa verba *hoc est corpus* simpliciter absqueulla tropi significatione commemorant: propriègitur intelligenda sunt. Hic iste, quasdam à me circumstantias præteritas, queritur. quænam verò illæ circumstantiæ sunt, Gregorius nonne huc omnia redeunt, quod verba Christi plena, quod propria, quod proprièfint intelligenda? quod corpus & sanguis Christi præsentia sint in hoc Sacramento? quid amplius requiris, cum caput rei tibi concedam? cur quod præteritum est non indicas? sed ita se tueri solent qui armis sunt destituti.

Respondi duobus modis: altero, non esse consequens, ut tropo vacet quod sine tropi indicatione profertur: altero, totum argumentum concedi: quod singula illius enunciati verba propria sint. Quid iste? Ut aliquid dicat, priori respōsionē impudentiā, posteriori insciā, opponit. Sic enim ad priorem, *Alia* inquit ratio est

aliorum Christi sermonam, quando ferè in parabolis loquebatur, cuiusmodi fuit ille, ego sum ostium, via &c. alia verè eius sermonis, quem habuit propriè addiscipulos, cultum quendam internum inflitnens: ut fuit ille, hoc est corpus meum: qui proinde planus & proprius esse debuit. num verò planum eum & proprium esse negauī? concedo quoque, diuersam diuersorum sermonum esse rationem. Sed quid tu ad meam responsionem? Sermo iste ego sum via, vixit ostium sine tropi indicatione ab Euangelista commemoratur, & nihilosecius figuratus est: non ergò sequitur, sermo iste hoc est corpus sine tropi indicatione commemoratur: ergò figuratus non est.

Ad alteram, cuius tamen primum vocabulum fraudulenter omisit, dicit, non posse in tota attributione tropum esse, si singula orationis verba propria sint. disce itaque, Gregori, aliud materiam, aliud formam, tum syllogismi, tum enunciationis esse: & sicut aliud relatio, aliud relatum, aliud subiectio, aliud subiectus, est: sic aliud attributionem, aliud attributum, & id cui attribuitur, esse. hæc, si potes, distingue: & intelliges, rectè & sine omni contradictione, in attributione tropum ponisti singula enunciati vocabula propria statuantur.

Miraris deinde, quod scripsi, corpus & sanguinem Christi verè præsentia esse in tremendo illo Cœnae mysterio. Quomodo inquis verè præsentia sunt in hoc tremendo mysterio corpus & sanguis Christi, si in hoc tremendo mysterio non sunt? num verò, cùm præsentia esse dico corpus & sanguinem Christi, ea ibi esse nego? Sed vis ita ratiocinari: Quod à Cœna tantum abest, quantum cælum à terra dissitum est, id in cœna non est: Corpus & sanguis Christi, siue substantia corporis & sanguinis Christi, à cœna tantum abest, quantum cælum à terra dissitum est: ergo non est in cœna. Sophisma est, cùm quod in parte dicitur.

ut simpliciter dictum accipitur. Corpus enim Christi, quā ad substantiam, (sanguinis eadem ratio) à coena tantum abest, quantum cælum à terra, non simpliciter & absolute; sed ~~ad~~ ^{et} non quā traditum pro nobis corporis est; sed quā ab solutè corpus carne & sanguine præditum corpus est.

Quare scire Capernaitæ debent, corpus Christi non ab solutè, quā corpus est, tria dimensione, carne, sanguine, ossibus, constans, in coena legatum esse: sed quā corpus est traditum in mortem, dicente Domino *hoc est* *Luc:22,*
illud meum corpus, quod pro vobis traditur; quibus verbis non solum docere voluit, quid discipulis suis legarit: sed etiā, quatenus illud legarit: verum scilicet corpus: at non quous modo: sed quatenus traditum est pro Mundi vita. Quod cūm ita sit: cūmque verum Christi corpus, quā traditum est, *non* sit: idcirco fidei, quæ hypostasis est eorum quæ sperantur, longèque dissita sunt, non minus verè præsens est, abeaque non minus verè percipitur in Eucharistia, quām si ore corporis, sub elementis latitans, perciperetur. Verum itaque Christi corpus, quā ad substantiam, non quā ad effectum duntaxat & gratiam, verè præsens est in Eucharistia, & à fide manducantibus verè percipitur: quia illud Christi corpus, illa corporis substantia, quæ in mortem est tradita, quā tradita est, adest, & à mente fideli, cuius cibus est, verè manducatur. Vides, Gregori, nos neque mentiri: neque pugnantia scribere, cūm idem Christi corpus cælo nunc contineri, usque ad tempora restitutionis omnium, cūm Scriptura doceamus: & nihilosecius in Eucharistia verè & quā ad substantiam præsens esse statuimus: quia alia ratione in cælo est: alia in coena: ibi, quā corpus est carne & sanguine præditum, gloriosum tamen: hīc, quā in mortem traditum corpus est, coque inglorium.

CAP. 7. p. 43.

His argumentum illud tuum primi libri, & cum argu-
mento totum illud caput, in sumum dissipatur. Ita li-
bro primo ratiocinatis: *Si in usu istius Sacramenti non so-
lum corporis & sanguinis Christi effectum, hoc est, gratiam re-
fectionis spiritualis participamus, nec solum secundum eiusmo-
di effectum spiritualiter cum Christo unimur, sed ipsam quo-
que realem substantiam corporis & sanguinis Christi verè su-
mimus, & cum Christo secundum suam ipsius substantiam rea-
lem verè unimur, si hoc, inquam, ita est, consequenter fati-
num necessario est, corpus & sanguinem Christi realiter conti-
neri in ipsa Eucharistia, ITA UT ORE ETIAM COR-
PORIS in ea sumi possit: sed verum prius: verum igitur &
posteriorius.*

Connexum falsissimum est. nihil minus enim sequi-
tur, quām Corpus & sanguinem Christi sic in Eucharistia
contineri, ut ore quoque corporis ibi sumantur. Quin
immò contrarium sequitur. Si enim corpus & sanguis
Christi, non ut talia simpliciter, sed ut in mortem tradi-
ta sunt, in cœna præsentia sunt, in eaque verè percipiun-
tur: nequaquam ore corporis, sed palato fidei in eacon-
tinguntur: quippe fidei non corporis obiecta. nihil iesius
tamen verum Christi corpus in ea præsens est & sumitur,
etiam quā ad substantiam: quia illud corpus, quod tra-
ditum est, sed quā traditum est, præsens est & sumitur.
Summa est, Gregori, in cœna verum Christi corpus, illud
corpus, quod crucifixum est, verè præsens esse, verè que
manducari: sed modo spirituali, non corporeo: idque
propterea: quia non simpliciter, ut corpus est & modo
corporeo, sed ut in mortem traditum corpus est, modo
spirituali, fidei, non ori, promissum est. Maior igitur ar-
gumenti tui propositio non evidentissima sed vanissima
est. probas: estque probationis tuae summa hæc:

*¶ 45. & 44. Si quā ad substantiam cum animo nostro verum
Christi*

Christi corpus vnitur: vel sic ei vnitur, vt persona siue natura aliqua exvtroque resultet: vel per indistantiam localem: non illo modo: ergo hoc. Vana consecutio: quia diuincta partibus contradicentibus non constat. est enim tertius tum vniōnis, tum manducationis atque presentiae, modus, modus spiritualis, qui per Spiritum Sanctum fit, ancillante fide.

Fallis igitur & falleris: quia magis ad ista mysteria cœcutis, quam oculi noctuarum ad splendorem Solis. Si Christus corpus suum absolutè, quam carnibus & oīsibus præditum corpus est in cœna promisisset: verum esset quod dicas: sed quia verum quidem corpus, sed quam traditum, non quam simpliciter corpus est, promisit: id quod nō vñit, fidei, non oris & sensus exterioris, obiectum: verissimè præsens est, verissimè manducatur, verissimè nobiscum, quam ad substantiam, vnitur: et si, propriè loquendo, in eo, in quo cœna celebratur, loco non est: quia spirituali, non corporeo, modo præsens est. nihil oscius verè præsens est: quia non solùm quod modo corporeo, & sensibus exterioribus, adest, ab ijsq; percipitur, præsens est & dicitur: sed etiam quod modo spirituali, menti atque fidei adest, mente fideique percipitur, verè præsens est & dicitur. ita cùm oculis fidei Christum Hierosolymis in cruce intueor, non minus verè præsentem contemplor: quam si corporis oculis ante meos oculos crucifixum contemplarer: & cùm crucifixum illius corpus, & de latere fluentem sanguinem, in cruce, fidei palato, contingo & absumo: non minus verè præsentem ipsam corporis & sanguinis Christi, illius sanguinis, qui sub cruce dissipatus est, substantiam percipio & absumo: quam si ore corporis eam absumerem. Verè itaque sua substantia præsens est corpus Christi in Eucharistia: verè suaque substantia in ea manducatur: verè suaq; substantia nobiscum

vnitur: sed quia modus præsentia, manducationis, vniuersitatis, spiritualis & fidei, non corporeus & oris, est: idcirco sicut ore non manducatur, ita quoque propriè loquendo, locali indistantia præsens non est: etsi non minus fidei præsens est: quām si ori corporis localique modo præsens esset. Hæc Scripturarum, hæc Patrum orthodoxorum, sententia est. Ac quo tandem modo, Gregori, verum Christi corpus cum mente seu animo nostro *Cœuan-*
œws coniungitur? quæ, quælo, ista ex animo nostro & Christi corpore constans substantia? vbi nexuni istud corporeum vel in Scripturis, vel orthodoxis Patribus? Maneat firmum, corpus & sanguinem Christi verè, & quā ad substantiam, præsentia esse in Eucharistia, etsi non modo corporeo. Ita satis, Gregori, tum Fortunatus, quem nominatim septimo illo, primi libri, capite provocasti, tum Caluinus, quem in primis ibi exagitasti, à calumniis tuis est vindicatus. ad cetera pergamus.

pag. 52.

1. Cor. 10.

Scripsoram dein, in illud Apostoli, *panis quem frangimus nonnè rœuvvia corporis Christi est?* vunionem membrorum cum capite spiritualem, non corpoream esse: vinculo Spiritus Sancti, non tactione, vel nexo corporeo, fieri: eoque manducationem quoq; quam vnio ista consequitur, spiritualem esse non corporeā, fidei, non corporis, palato fieri. Hic iste, *At ista duo minimè pugnant: nempe, ut fidei palato corpus & sanguis Christi edi & bibi debeant: & simul etiam in Sacramento panis & vini sumantur palato corporis.* Ast ego hic non scripsoram, ista pugnare. cur nihil ad rationē meam? Qualis vnio, talis manducatio: vnio spiritualis est: ergo & manducatio. Pugnat autem, idem Christi corpus re ipsa, & in se, bifariam edi, cordis, & corporis, palato. vbi enim vel Scriptura id tradit, vel Patres orthodoxi? *¶ pnr* verborum contrarium euincit. Duplici homini duplex cibus destinatus est: & quod inter exteriorem & interiorem hominē, inter ventrem & mentem, discriminē est: hoc etiam

inter huius & illius cibum discriminem est: & sicut mens fidelis corpus non est, neque corpus mens fidelis: ita cibus ventris non est cibus mentis, neq; cibus mentis cibus ventris: eoq; sicut cibus ventris fidei palato non suscipitur: ita neque cibus mentis palato corporis. Libenter verò concedimus, Apostolum *negaviam* realem & corporalem, qua vnum cum Christo, cum vero ipsius corpore, corpus, caro de carne ipsius, & ossa de ossibus efficiuntur, intelligere: sed negamus, nexus seu vinculum corporalis istius unionis corporeum esse. nam in uno Spiritu in vnum corpus nos omnes baptizati sumus: & in unum Spiritum omnes potauimus. hanc, & non aliam, unionem Patres intelligunt. nam quod scribunt, nos cum Christo veritate naturae, naturaliter & corporaliter uniri: id non de nexo & modo, quo uno ista fit, intelligunt, sed de re, qua cum unimur. Docent enim, nos non tantum voluntate & charitate, sed re ipsa quoque, non tantum fide & spiritualiter, hoc est, non tantum cum illius Spiritu & Deitate, sed etiam corporaliter, hoc est, in Christo, non Deitatis duntaxat, sed verae quoq; carnis ratione habita, coniungi: eò quod non solum quam Deus, sed etiam quam homo est, vritis sit: ut perspicueret ex Cyrillo.

Corporalis ergo simul, & non corporalis, ista coniunctio est: corporalis, si id, quicum unimur, species: non corporalis, sed spiritualis, si vinculum & modum consideres, quo cum eo coniungimur. Propterea nusquam Patres illi scribunt, nos cum ipso corpore Christi corporaliter coniungi: sed tantum, cum Christo nos quoque corporaliter coniungi: significare volentes, nobis non tantum cum illius Deitate, sed etiam cum vera illius carne, communionem esse: nosque non consensione duntaxat & voluntate, sed etiam re ipsa & natura vnum cum eo esse.

Ceterum illa tua interpretatio, qua panem interpreta-

1. Cor. 12.

Cyrillus in

Ioh. lib. 10.

capite 13.

Chrysost. in

Matth.

hom. 83. &

in Ioh. hom.

45.

Hilarius de

Trin. lib. 8.

sis, qui panis fuerit, vera erit, vbi ē Scripturis demonstrāris, accidentia nutricandi vim habere: panisque substantiam, prolatis illis verbis, deperire. Quare modis omnibus firmissimum est, nisi panis maneat, panem ~~renovavit~~ corporis non esse. Vbi enim nuda rei species, siue nudum accidens, ipsamet res, reique substantia nuncupatum albor, qui in homine est, homo dicitur?

lib. 2. cap. 6. Sed inquis, Eucharistia panis ab Apostolo post beneficiō dicitur, visitata Scripturæ phrasē: quod ut panis lib. 3. cap. 4. reficiat: quod panis videatur: quod ex pane conficiatur pag. 191. coquē impropriè non propriè.

Ast, inquam, hæc parum prudenter abs te dicuntur. Primò enim tibi non constas, qui libro tertio per Eucharistiam speciem panis intelligis: libro verò secundo ipsummet Christi corpus. Sic enim libro tertio & quamvis, inquis, ibi non sit substantia panis: tamen rectè ipsa species panis, secundum visitatam Scripturæ phrasin, panis appellatur: ut paulo ante explicavi. explicasti autem id de Eucharistia. cap. 6. p. 102. Libro verò secundo ita loqueris, nisi enim hic panis unicus sit ipsum Christi corpus &c. & paulo post, nobis verò, ut ante ex ipsis Christi verbis probatum est, omnino certissime constat, panem hinc corpus Christi esse: atque adeo non nisi impropriè secundum phrasē dictas, panem appellari.

Dein utramcunque per Eucharistiam intelligas, inceptæ sunt quas aduers rationes. ita ratiocinari vis: Quilibet cibus, qui vim habet instar panis nutriendi, is panis dicitur: Eucharistia cibus est vim instar panis nutriendi habens: ergo panis dicitur.

Si per Eucharistiam solam panis speciem intelligis: minorem, ut falsissimam, nego: sin ipsum Christi corpus: totum concedo: sed alio, quām tua ratio postulat, modo. Corpus enim siue caro Christi, pro Mundi vita exposita, panis est & dicitur: sed panis cœlestis: quo animus ad æternam

eternam vitam alitur: de quo Ioannis sexto. præter hunc cælestem panem aliis in Eucharistia panis est: verus terræ fructus: qui corpora nostra alit: & ex quo augescit & constat carnis nostræ substantia. De hoc Apostolus loquitur: & cùm ait *panis, quem frangimus &c.* & capite sequenti, *Quare quicunque panem hunc ediderit biberit vè potulum Domini indignè.* Liquet ex antithesi: quia panem hunc, & ipsum Domini corpus, veluti duo diuersa, opponit. Cùm igitur ipsamet Christi caro non sit ille panis, ex quo carnis nostræ substantia augescit & constat: nullo modo sequitur, Eucharistia, hoc est, ipsum Christi corpus, panis dicitur: ergò, cùm Apostolus ait *Quare quicunque hunc panem ediderit &c.* pèr panem non verum & substantiale panem, sed ipsummet Christi corpus intelligit. ad accidentia tibi iam exclusum est perfugium. illa enim vim nostra corpora nutricandi habere tantisper cum vera Philosophia negamus: dum ex Scripturis illud euincatis. Omnipotentia Dei vos non iuuat. Voluntas demonstranda est, docendumque Deum hīc miraculum edere velle.

Altera tua ratio est: *Quod panis videtur, et si panis reverā non sit, id panis dicitur: Eucharistia panis videtur, cùm reverā panis non sit: ergò. Minor falsa est. ad maiorem quod attinet, concedo, panem dici, quòd panis duntaxat videtur: sed malè. Cùm verò Spiritus Sanctus non errore, sed verè, panem nominet: non id quod panis duntaxat videtur, sed quod reverā panis est, panem vocat: nec quia videtur, sed quia est, ita vocat: quippe quod id. circò panis videtur, quia panis est in rei veritate.*

Angelorum atque mannae alia longè quàm tuæ Eucharistiae, ratio est. Manna enim substantialis panis erat, corpori alendo accommodatus: et si cælitus subministratus. Angeli viri dicuntur: quòd huiusmodi corpora

*Psalm. 78.
Gen. 18.*

assumissem: corporati videbantur: quia corporati erant. Ita laruatus cana barba prædictus videtur: non quod canam barbam non habeat: sed quod reuerâ eam habeat: et si assumtam.

Extrema tua ratio est. Eucharistia ex pane conficitur: ergo panis dicitur. Sed nec ista quicquam pro tua chimera facit. Siue enim nudam panis speciem, siue ipsum Christi corpus per Eucharistiam intelligas: locum nullum habet antecedens. Ipsum enim Christi corpus ex pane non conficitur: cum panis, ut Magistri tui tradunt, illius materia non sit: quippe cuius substantia vel in nihil abit: vel in materiam antecedentem. accidentia quoque odor, color, sapor, ex pane non conficiuntur: sed panis essentiam, calidum, humidum, siccum terrestre, consequuntur.

Exodi, 7.

Quod de virga Mosis aduerseris, id nihil prorsus ad rem. Virga dicitur: quia virga reuerâ tum erat: non autem quod ex virga facta sit, virga vero non fuerit. Etsi enim in serpentem ante commutata fuit: ad pristinam tamen naturam rediit: itaque vera virga, non serpens, virga nuncupatur.

Ser. de Cœn.

Quare cum fruolæ prorsus tuæ sint rationes: firmum manet, Eucharistiam, hoc est, terrenam in Eucharistia rem, panem dici: quod panis sit naturâ, alendis nostris corporibus aptus: ut sic ex consueto rerû effectu fidei nostra discat infirmitas, visilibus, ut Cyprianus loquitur, Sacramentis inesse uitæ æternæ effectum. i nunc: & dicite cum tua interpretatione vanitatis non esse cōuictum.

Scripsideinde, Pontificios Apostolico illo dicto, *pocula benedictionis*, cui benedicimus, nonnè communicatio corporis Christi est? panis, quem frangimus, nonnè &c. quod prole citabat iste Gregorius, ceu gemino fulmine prosterñi: quod contra Apostolum & Christum, ut sc. Antichristos,

tos, hac etiam in parte sese declararent, tum solennem illum atque perennem in Ecclesia ritum, fractionem panis, sustulerunt: tum magnum hoc Sacramentum altera sui parte spoliarunt.

Hic miser iste, quod ad sublatam fractionem attinet, magis mutus est quam pīscis: itaque crimen quod obieci, pro dolor, confitetur. tantum dicit: sed valde parcet: quia de fractione non lubet istis copiosè disserrere, fractiōnem, quod negauī, cum corporeā, sub speciebus, præsen-tia consistere posse: nec esse consequens: si species exter-næ quantitatísque dimensiones illat frangantur, ut, quod subest, corpus simul quoque frangatur: quod modo quodam admirabili subsit & impassibili.

Verē admirabili impassibiliq[ue] modo subest: quia commentatio & phantasticō. Si enim veri corporis modo subesset: vtique, hostia per medium extrinsecus & intrinsecus fracta, frangeretur.

Alterum crimen se diluere posse putat, si dicat, nos illo Pauli loco perperam abuti, ad persuadendum, diuinum exstare præceptum, de communione sub vtra-que specie. Ego verò ne de vna quidem specie, ut isti quidem speciem appellant, diuinum exstare mandatum dico: nedum de duabus, aut pluribus. De distribu-tione tum panis, tum poculi, diuinum exstare man-datum dico.

Sed inquis nec hic, aut usquam alias Apostolus dicit, poculum esse etiam necessariò omnibus distribuendū. Ast, inquā, man-datum Christi referens, id dicit: cū de poculo ad totā Ec-clesiam Corinthiacā ait, hoc facite, quotiescumq[ue], biberitis, in mei recordationē. aut ostende tu, si potes, mandatū illud ad aliquos dūtaxat attinere. quasi verò cui sanctus ille panis distribuendus est, non sit quoq[ue] distribuendū vinū sanctū: cū vtrūq[ue] vna & eandē illā victimā, mortuū Christi & de-

cruce pendens corpus , repræsentet: & vtroque vnum idemque Christicorpus , quā mortuum est, recipiatur. Sed vos in mysteriis hisce talpis estis cæciores : qui ne intra pellem quidem oculos ad videndum habetis.

Displacet tandem isti Gregorio mea interpretatio :

i. Cor. ii.

qua illa Apostoli verba *non discernens corpus Domini sum interpretatus.* Dixi in summa, discernere corpus Domini, esse crucifixum Christi corpus à sancto pane discernere: sancto fractoque pane ad fractum Christi corpus reuocari: quod fit, si sicut oculis corporis fractum panē, sic oculis fidei, fractum & in cruce pendens Christi corpus, velut Hierosolymis constituti, intuemur: et si sicut fractum panem hīc in terra è manu ministri, manu & ore corporis accipimus , ita fractum & de cruce pendens Christi corpus sursum , è manu summi Pontificis, manu & ore fidei, siue mentis fidelis, suscipimus. Qui ita discernit, is sic , vt debet, edit & bibit : in recordationem edit & bibit: dignè edit & bibit. Quid tuhic desideras Gregori?

cap. 4. p. 20.

i. Cor. ii.

Non hoc inquis propriè est scilicet discernere corpus Domini: sed impura conscientia hunc cibum cælestem, qui corpus ipsum Christi continet, comedere: perinde ac si duntaxat panis, & non corpus Christi, esset. Immò vero , Gregori, quod dixi & dico, id propriè est discernere corpus Domini: quia discernere , est inter diuersa discernere & iudicare, vnum ab altero distinguere: idque temet quoque iudice: qui tum libro primo, eodem planè modo, loqueris: tum hic improvidus idem ferè profers: cùm ais: eum non discernere, qui cælestem hunc cibum comedit: perinde ac si duntaxat panis esset: quod aliud nihil est: quām inter panem & corpus non discernere. Quid enim aliud quāso sibi illa tum Christi, tum Apostoli, verba volunt, *hoc facite quotiescumque biberitis, in mei recordationem: quis quotiescumque manducaveritis panem hunc, & poculum hoc biberitis;*

biberitis, mortem Domini annuntiatis; quam mortem Christi fidei memoria recolendam , nec in panem duntaxat intuendum, sed à fracto pane ad fractum Christi corpus transeundum, eoque inter panem & corpus diligenter discernendum esse: cò quòd Sacramentum hoc Sacramentum passionis sit: ad hoc institutum, vt perennis illa victima in memoria viuat? Hoc verum est, qui impura conscientia edit & bibt, is non discernit: sed non contra, quicunque non discernit, is impura conscientia edit: quia fideles etiam & pii, vt liquet ex iis, quæ mox subiiciuntur, propterea inter vos multi infirmi sunt, crebriùs non discernunt, eoque indignè manducant & bibunt: quòd à fracto pane ad fractum Christi corpus, indequè ad se ipsos, fide non recurrent.

*Quòd addis , Christi corpus cœlesti cibo contineri, falsum est: quia accidentibus *Cœpalūmōs*, vt somniatis, non continetur: quia non accidentia, sed Christi corpus, cibus est cœlestis: immò quia accidentia , vtpote nutricandi videstituta, planè cibus non sunt.*

Sed probas tuam interpretationem : Apostolus ait: probet autem seipsum homo: & sic de pane illo edat &c. id est, te Interprete, videat, qua conscientia accedit, ut edat: ergò non discernere corpus Domini, est impura conscientia cibum illum edere.

Nego consequentiam: primò , quia corpus Domini discernere, & se ipsum probare, idem non sunt: et si coniunctissima: quòd hoc ex illo consequatur: deinde seipsum probare , non est tantùm videre , qua conscientia quis accedat: sed diligenter seipsum explorare, an credat, Christum pro se, miserrimo peccatore , qui ob peccata sua, à vita æterna extorris erat, mortuum esse, seque crucifixa illius carne & profuso sanguine ad vitam æternam pasci & potari: & an serio se totum Deo consecret , gra-



tusque pro tanto beneficio esse velit, hoc est, an fidem & poenitentiam afferat.

Sed quomodo probas, coelesti illo cibo, quem vocas, corpus Christi Capulnōs contineri? Quicunque manducaverit panem hunc, vel biberit calicem Domini indignè, reuerterit corporis & sanguinis Domini: ergo panis & calix iste ipsum Domini corpus sanguinemq; , Capulnōs scilicet, continent. Vana consecutio est. vanum itidem, verbis illis, panis, quem frangimus, nonne communicatio corporis Christi est? & calix sive poculum nonne &c? talem panem, taleque poculum innui, quod ipsummet Christi corpus & sanguinem στιαδῶς νοῇ Capulnōs contineat. vanum, hunc panem edere & hoc poculum bibere, idem prorsus Apostolo esse, quod indignè & impura conscientia ipsummet Christi corpus edere, sanguinemque bibere. vanum denique, comedentes eatenus reos corporis & sanguinis Domini fieri, quatenus ipsummet Domini corpus & sanguinem impura conscientia, ore tamen corporis, edunt ac bibunt. Patrum interpretationibus nihil planè iuuaris. Concedo, impios, sceleribus pruisque cupiditatibus inquinatos, impuraque conscientia accedentes, indignè manducare, non discernere corpus Domini: sed cum pii quoque, & pura conscientia prædicti, ut ex Apostolico contextu liquet nonnunquam indignè manducant, corpus Domini non discernant; quod faciunt, cum non ea, qua pareat, animi attentione & sui ipsorum examinatione accedunt: non discernere indignèque manducare, non est impura conscientia accedere vel manducare: sed inter fractum panem fractumque Christi corpus eo, quo declarauimus, modo non dijudicare. Viden' quid propriè sit non discernere corpus Domini? quid item indignè manducare? non ergo quod tu dicas, aut mihi falso impingis, sed quod ego verissimè scripsi

scripsi & scribo, hoc, inquam, meum, non illud tuum,
indigne manducare est & corpus Domini non dijudicare.

*Argumentum**V. in argumento*

Quintum istius argumentum hisce complexus sum:
Sacramentum Eucharistiae à ceteris mysteriis siue
articulis fidei propria quadam sui ratione differt:
quia ab Ecclesia semper, quasi antonomasticōs myste-
rium sit appellatum: singularem aliquam atque ma-
gnam difficultatem continet, seu res ardua & admirabi-
lis est: fide tamen nihilosecius non indigna, & quæ credi
debeat: præsentia ergo re ipsa sunt in Eucharistia corpus
& sanguis Christi: quia præsentia negata, admirabilitas
negatur, & nihil huic mysterio proprium relinquitur.
Hac vis est argumenti quinti. nam quod ad quatuor illas
rationes attinet, quibus difficultatem huius mysterii de-
monstrat, non est cur illas verbosè percensemus: cùm
rem ipsam, quæ illis tamen non efficitur, concedamus:
sicut etiam de illis verbis non labore, quibus commenti-
tiam, & falso nobis tributam, opinionem infectatur,
quasi aliam in hoc mysterio admirabilitatem nullam
agnoscamus, quām quod corpus illud Christi è cælo spi-
ritualis gratiæ robur ad nos usque transmittere possit.
Quintum igitur istius argumentum illud est, quod dixi:
vel aliter illud nobis declamator iste construat. Sed ra-
tiones suas construet: vbi lucem fugere desinet.

Ad argumentum igitur istius, ut à me constructum
est, non ad verbosam & dolosam istius declamationem,
respondi, metorum concédere. Concedimus enim, ve-
rum Christi corpus, & verum illius sanguinem verè præ-
sentia esse in hoc magno mysterio, in eoque verè percipi:
sed negamus ea corporis ore percipi & sub speciebus &c.

Q ij

adūs latitare: id quod etiam ex propria huius Sacramen-
ti difficultate & admirabilitate nequaquam efficitur. Sa-
tis est si præsentia sint: vt propriam hoc Sacramentum
obtineat admirabilitatem. Cùm ergò respondi , me
totum concedere: non tantum antecedens , vt iste, non
sine dolo malo , refert , sed consequens etiam concessi:
cùmque subieci admirabilitati & proprietati isti sufficeret,
κοινωνίας mentiq; fideli præsentia sint corpus & sanguis Iesu
Christi , eo docere volui , sicut ex admirabilitate præsen-
tia efficitur: ita corpoream præsentiam ex ea non effici:
quòd admirabilitas absq; ista præsentia consistere possit.

Admirabilis enim & ardua res est hoc mysterium : pri-
mò , quia qui sursum est in cælo , is eodem temporis arti-
culo simul etiam h̄c est in terra: et si alio quām sursum sit,
modo: deinde , quia communis panis , verus terræ fru-
ctus , non terrenus sed cælestis cibus est: quia corpus Christi:
quod non minus certò percipitur , quām panis ; et si
aliter panis , aliter corpus Iesu Christi: tū , quòd , sicut cor-
pus & sanguis Christi àλεξινάρει sunt , quo mortifera ve-
neni vis extinguitur: ita quoque , propter coniunctionem
Sacramentolem , communis panis communeque vinum
corporibus fidelium antidoton fiunt contra venenum.
præterea in hoc mysterio propriè perennis illa victima in
memoria viuit , & denuò quasi occiditur , atque crucifi-
gitur : quia tota tremendi huius mysterii actio aliud nihil
est , quām mortis Christi repræsentatio : qua quasi ante
oculos nostros crucifigitur: quæ causa est , cur Apostolus
scripsit quia quotiescumq; panem hunc , fractum scilicet &c.
ederitus , & poculum hoc biberitis , mortem Domini annuntiatis.
In hoc denique mysterio vno fit membrorum omnium ,
omnium Sanctorum , tām angelorum , quām hominum ,
tām eorum qui in cælo , quām eorum qui in terra sunt:
tū inter se , tum cum capite suo Christo , cum vera illius

carne

carnē: vt omnes caro sint de carne eius & ossa de osib⁹ eius: nec id solum: sed quia cūm vera Christi carne omnia illius membra coniunguntur: caro verò ἡ οὐκείω hypostaticè est vnta: idcirco cūm illius quoque Deitate coniunguntur: & ex consequenti, Hilario teste, cūm Pater & S. S. quibus cūm idem Deus est, adeoque cūm tota Trinitate. Hæc in cœna propriè sunt. hæc ardua, admirabilitatis & stuporis plena sunt. hæc causa sunt, cur mysterium hoc à cet eris omnibus sit discriminatum: cur καὶ ἐξοχὴν mysterium, cur tremendum & stuporis plenum mysterium, cur magnum Sacramentum appelletur. hæc firma manent & integra: et si neque panis substancia excludatur: neque panis arcanum illud & aëre subtilius corpus includatur: quod neque Scripturæ norunt: neque Patres orthodoxi: sed soli hæretici, parentes, obstetrices, tutores & defensores illius.

Ex his admirabilitatis rationibus priori Scripto tres atculi: secundam, quartam, & extremam. Scripsi ergo primò: et si corpus & sanguis Iesu Christi sub elementis non latitent: nec aliud Christi corpus sive caro in hoc mysterio percipiatur, quām quæ in verbo quoque percipitur: proprium tamen huius mysterij esse, quod hic non seorsum, sed vñā cūm externis, ijsque conuenientissimis, Symbolis percipiatur: quod non sit in mysteriis aliis: quæ Symbolis istis sunt destituta. Quid hic iste Gregorius? Verba mea truncat: eoque quid dicat nescit. Eadem caro est, quæ in verbo, & Eucharistia, prælens est: & quidem in se considerata, utrobique eodem modo prælens est, eodemque modo percipitur, palato mentis fidelis. Sed hoc non obstat, quominus in Eucharistia peculiari quadam ratione percipiatur: quā non seorsum, sed vñā cūm illis Symbolis, percipitur: quod contra sit in verbo. Hæc itaque corporis Christi manducatio sicut Euchari-

*de Trinit.
lib. 8.*

stia propria est: sic admirabilis est: quia mirabile, stuporisque plenum, externis, terrenisque rebus aeternae vita effectum inesse: iisque nos non solum consueto more, sed etiam praeter naturam ad vitam aeternam pasci. Ipsam autem in se consideratam carnem in Eucharistia quoque non aliter percipi, quam in verbo percipiatur, ex eo docui, quod panis etiam Eucharisticus verbū quoddam sit: & quicquid in Eucharistia, praeter externa Symbola, percipitur, id in verbo propriè percipiatur: id quod pleno ore mediae antiquitatis Doctor, Augustinus, affirmavit.

*In Iohanne
tract. 8o.*

Hic iste non colligitur, inquit, ex hac Augustini doctrina, quod nullo modo ipsares externa, in Sacramento exhibeat Sacramenti effectum: sed quod eam vim habeat res externa non naturam suam, sed ut sibi est verbo. Stertisne Gregorii? quis illud inde collegit? nonne cum panem, quam vocem tu vel fraudulenter, vel negligenter, omisisti, verbum quoddam esse scripsi, eundem illi cum verbo effectum concessi, sed qui verbi proprius sit, & quem panis à verbo habeat collegi, colligiturque ex Augustini doctrina, carnem Christi non aliter in Eucharistia, quam in verbo percipi: eò quod exterrum etiam in Eucharistia Symbolum, verbum quoddam sit, verbum sub aspectum cadens: & quod quicquid in ea praeter rem terrenam percipitur, in verbo propriè percipiatur. Ad hoc respondendum erat, Gregori. Nam quod extra oleas excurrens, dicis, rem externam vim suam non naturam, sed à verbo, habere, id controuersia caret. Vim igitur & effectum hyperphysicum externa quoque Eucharistiae res habet, & hunc à verbo: & à verbo, non quia dicitur, sed quia creditur: quod effectum & vim illam ille duntaxat sentiat, qui verbo credit: sed ostende tu, si potes, vim & effectum hunc in Eucharistia in eo positum esse, quod nuda panis & vini acciden-

tia

tia ipsummet Christi corpus & sanguinem *Copulatio* ex-hibeant.

Sed ais, *Nisi res externa huic Sacramenti exhibeat nobis corpus Christi realiter praesens: & eatenus vim habeat animos nostros, per energiam presentis corporis Christi, spiritualiter nutritiendi: non ipsa exhibebit ratione quadam sua propria, & maximè admirabili, effectum suum propriū, qui est coniunctio, sine communicatio corporis Christi nobiscum, ut eius integratio spiritualliter pascatur; at omnino fatendum est, rem ipsam externam Eucharistiae cum effectum propria quadam, & maximè mirabili, ratione sua exhibere: confitendum est igitur, in re istius Sacramenti externa corpus ipsum Christi realiter praesens exhiberi.*

Vis ita concludere: si externa Eucharistiae res effec-tum suum proprium, ratione quadam sua propria, eaque maximè admirabili, exhibet, *Copulatio* Christi corpus exhibet; sed verum prius: verum igitur & posterius.

Falsissima maior est. est enim effectus ille, sicut etiam exhibendi ratio, ita proprius externæ rei: ut ei cum verbo communis sit: quippe à quo utrumque habet: effectum, & exhibendi rationem: ipso verbo in re externa exhibente. nihil igitur aliud externa res exhibet, quam quod in verbo quoque exhibetur. nonne enim externa quoque res verbum quoddam est? & hæc aliud aliterum exhibebit, quam ipsummet verbum: sine quo exhibere nihil planè potest: ab utro queso *Uñ̄ eīn̄* res habet, à materiâne, an à formâ? idem igitur utrobique, utroque, & in utroque, verbo & elemento sancto, aurum & oculorum verbo, eidem eodemque modo, offertur & exhibetur: hoc solùm, eoque gemino, discrimine: quod verbum aurum, elementum oculorum ministerio utitur: & quod verbum vim istam per se habet, elementum autem à verbo.

Quare

Quare vanissima maioris tuæ probatio est: quæ de absente Christo loquitur: quem nos præsentissimum in Eucharistia profitemur: licet Capernaiticum illum vestrum præsentia modum cum Scripturis repudiemus. Vanum itidem quod de aqua regenerante subiicis: qui nusquam negauit, aquam regenerandi mundandique vim habere: sed in verbo, vt Apostolus loquitur: eò quod in aqua etiā,

In Iohann. tract. 80. vt Augustinus testatur, verbum mundat. mundatio enim, ut idem ait, nequaquam fluxo & labili elemento tribueretur: nisi adderetur, in verbo. nec aliud igitur, nec aliter, externa, tum Baptisini, tum Eucharistiae, res offert & exhibet, quam quod, & quomodo, verbum offert & exhibet: quia sicut in aqua verbum mundat: sic in pane verbum offert & exhibet. Manet ergo, sicut regeneratio per aquam in verbo, Baptismi propria est: ita passionem & potationem, quæ sancto pane & vino, in verbo, fiunt, Eucharistiae propria esse. Cetera enim mysteria (hæc tamen verba veterotorie omisisti) externa ista symbola non habent. De corporis Christi præsentia & symbolorum admirabilitate satis dictum.

Negas etiam, quartam & quintam admirabilitatis rationem, quod mysterium hoc passionis mysterium sit, quo perennis illa victimæ in memoria vivit, quod in hoc mysterio vniuersalis illa vniō fiat, Eucharistiae propria esse. sed quibus rationibus? Viuit, inquis, in memoria piorum perennis illa victimæ etiam extra usum Eucharistiae. Sed estne hoc Emisseno perennem illam victimam in memoria vivere? maestaturne usquam alibi solenniter agnus ille, præterquam in Eucharistia? ubi titus illi externi, fructio, effusio, ceteraque qui in veteri Ecclesia recepti erant, quibus mors Christi representatur, præterquam in hoc magno Sacramento? nonné admirabilis illa & vniuersalis omnium simul membrorum, tum inter se, tum cum capite

capite Christo , eoque tum homine, tum Deo , adeoque cum tota sacrosancta Trinitate , coniunctio huius mysterii propria est ? vbi quæso vniuersalis hæc vnio, præterquam in hoc mysterio , repræsentatur ? vbi ima summis iunguntur: cælum terra fit: & terra cælum ? Sed de quinto argumento satis.

Argumentum VI.

Sextum istius argumentum ita proposui: Christus & potest , vt antè ostensum est, & vult, sub aliena specie præsens esse suo corpore in Sacramento : præterea immenso nos amore prosequitur , vt discedens etiam omnino hoc modo, sub aliena specie, nobis adesse velit : quæ præsentia cum maximo nostro commodo , eoque spirituali , coniuncta est: sub aliena igitur specie præsens est suo corpore in Sacramento .

Negaui antecedens : & negantiaæ quatuor attuli rationes. quid iste? suo more agit: lucem fugit: & tum responsonem meam, tum argumentum suum, extimescit. Ego itaque iure de isto conqueror , quod nullam ferè responsonem meam bona fide recitarit. ait, me respondere, *pri-*
mum falsum est, &c. atqui scriptum meum ita loquitur,
Falsissimum est antecedens. primum enim falsum est, quod di-
cis, te &c. quatuor enim, vt dicebam, negant antecedentis rationes attuli: quia quatuor illius membra sunt: quarum prima est, quod vanissima sit istius iactatio, falsissimumque, quod primò sumit, se iam ante monstrasse, Christum sub aliena specie præsentem esse posse: cùm id nullo verbo priori Scripto monstrarit. monstrare quidem conatus est, corpus Christi simul & semel in pluribus locis esse posse: sub aliena verò id specie esse , id neque monstrauit, neque monstrare conatus est. ac quia discriminem inter

Τὸν ἀλλαχοῦ & πρεσβυτηρίου explicans hisce verbis vobis sum, aliud esse substantiam corporatam duobus in locis esse, sua quantitate & qualitate accidentibusque præditam, aliud accidentibus propriis exutam, alienis, quorum substantia euanescat, sicut alterius substantiae accidentia, vestiri: idcirco hoc cauillatur, non habens ad rem quod respondeat.

Nos, inquit, nihil dicimus minus, quam Christi corpus, cum in Sacramento sifit, accidentibus ex sui propriis, & aliis accidentibus vestiri.

Quid dicatis, quam bellè de hoc mysterio consentiantis, notum est. Christi corpus in Sacramento quantitatem & qualitates suas retinere dicis. Vbi ergo spectabilitas? vbi ceteræ veræ carnis proprietates? vbi corporis humani dimensio? num hostiæ vel milii dimensio corporis humani dimensio est? ex qua Philosophia, quaué Theologia id didicisti? nonne terminatam, cum qualitatem, tum quantitatem, omnis res naturalis à natura, naturæ que opifice habet?

Substantia, inquis, panis non simpliciter euanescit: sed in Christi corpus conuertitur. Cur ergo Magistri tui docuerunt, eam in nihilum abire? si non simpliciter euanescit: ergo tamen ex parte euanescit. Si non euanescit, sed in corpus Christi conuertitur: ergo materia corporis Christi est: & in eo, ut materia in composito, manet. quo verò modo huic cum illo tui magistri, *nec dicimus, substantiam panis vel vini materiam esse corporis vel sanguinis Domini*, conueniat, tu videris. Quæso te, si boni viri non mentueritis, explica nobis perspicuè, quæ & qualis illa vestra conuersio sit: quam ignorare se Magister tuus ingenuè profitetur.

Sed quo modo primum illud antecedentis tui membrum tueris, quo dixisti, te iā antè monstrasse, Christum sub aliena specie praesentem esse posset?

Lomb. lib. 4.
dist. 11.

lib. 4 dist. 11.

Vos, inquis, idcirco potissimum negatis, Christum sub aliena specie adesse posse: quia negatis, vnum corpus in pluribus locis adesse posse: ergo recte dixi, me illud ante monstrarere: quod hoc monstraro, illud etiam, aduersus vos quidem, monstratur.

Falsum est antecedens. *μελεσίας* enim negamus: quia maxima omnium, quæ vñquam viguerunt, idolatria est; totiusque Christianæ religionis eversio. hæc ratio est, cur vestram illam vobis præsentiam negemus. Ac si maximè probasses, id quod probabis, vbi luce in tenebras esse docueris, vnum idemque corpus in duobus simul locis, sua forma præditum, esse posse: non tamen probasses, hereticam istam sub aliena specie præsentiam. Quare vana tua iactatio est, & vera meanegatio.

Sed quartum, inquis, ad id peritum argumentum id directè probat. Si argumentum illud tertium (tertium enim non quartum est) ad id peritum fuit: sique primo capite *μελεσίας* probare voluisti: cur id hoc scripto negasti? Hæc enim tua verba sunt, *non hoc iam ago his exemplis*, ut cap. 2. p. 159. *μελεσίας confirmem &c.* Quid autem tertio illo arguento efficiatur: & quæ Patrum mens fuerit atque sententia, dictum est antè.

Sed initio tertij capitil id te defendisse scribis. Sed nonne tertio illo capite, quod nunc quartum istud est, de quo modo agimus, septem rationibus eandem conclusionem demonstrate conatus es? qua itaque fronte partitura *ante* huius capitilis initium te significasse scribis? aquatibi hæret. nusquam id probasti. falsum itaque primum antecedentis tui membrum.

Sed multò falsius alterum, Christum sub aliena specie vero suo corpore præsentem esse velle. vbi voluntas? cur hic obmutuisti?

Tertium nihilominus est. immensum enim suum

erga nos amorem Christus neque transubstantiatione declarare vult, neque consubstantiatione: alios habet amoris sui declarandi modos: quos percensui: & tu, velis nolis, concedere cogeris: inter quos etiam est vera illius in Eucharistia praesentia.

Sed negare me, non probare scribis. ast mihi satis est negare quod tu probare non potes. ratio tua est: Christus immenso nos amore prosequitur, ut discedens etiam omnino hoc modo, sub aliena specie, nobis adesse nobiscumque manere velit in Sacramento: sub aliena itaque specie præsens nobis est in Sacramento. negauit & nego antecedens. tu, si potes, proba. affirmanti, non neganti, probatio incumbit.

*in Iohann.
homil. 45.* Sed ex natura charitatis, & Chrysostomi testimonio, probasse te dicis, Christum in Sacramento nobiscum manere velle. Sicut ex charitatis natura sequitur, Christum nobiscum esse: & tum in Eucharistia nobis præsentem esse, tum in cordibus nostris per fidem habitare: ita nec ex charitatis natura, nec Chrysostomi verbis sequitur, eum suo corpore, corporeo & heretico modo, sub hostia esse, & sub ea iugiter permanere. negamus enim, eum salua carnis suæ veritate sic nobiscum manere posse.

Sed præsentem Christum in Sacramento nobiscum re ipsa coniungi Chrysostomus intelligit. Sed non infelicit corporum coniunctionis modum. vbi enim vel in Scripturis vel in Patribus veræ corporalisque nostræ coniunctionis modus aut nexus corporeus? nonne in Baptismo quoque, Chrysostomo teste, locum habet ista coniunctio?

Prorsus autem cœcuses, Gregori, si non vides, nos & veram realemque carnis Christi in Eucharistia præsentiam, & veram realemque cum vera illius carne coniunctionem profiteri. corpoream & monstrosam illam veram

stram præsentiam & coniunctionem inficiamus. hanc si potes, proba. nam quod Chrysostomus scribit, Christum tangi, eiisque carni dentes infigi, id Sacramentaliter, vobis met interpretibus, scribit: ut hinc corporea præsentia nullo modo efficiatur. Rei enim signatae tribuitur quod in signo fit & Sacramento: idque rectè: tametsi Sacramentum rem Sacramenti non aliter continet, quam verbum: quia non quâ elementum, sed quâ Sacramentum est, ex parte verbi, eam continet, hoc est, verbum, quod ad elementum accessit, illud propriè est quod continet, non elementum: ut paulò antè ex Augustino docuimus.

In Iohano.

trad. 80.

Quare non falsa, sed vera sunt quæ ex illis Chrysosto mi verbis, ut autem non solum per dilectionem, sed etiam re ipsa in illam carnem conuertamur, id per cibum efficitur, collegi consecratio: quorum alterum erat: *Vnio membrorum cum capite, quæ in Eucharistia fit, mandationem sequitur, hoc est, qui verum Christi corpus manducant, ij cum Christo capite coniunguntur: igitur à membris duntaxat editur verum Christi corpus.* negas consequentiam. Sed quare? quia, inquis, *vno cum Christo per gratiam non ita ex manduca- ne Sacramentali consequitur, ut semper contingat,* &c. Atqui non de mandatione Sacramenti quæstio est, sed de mandatione ipsius rei, veri corporis Christi. hanc mandationem vno perpetuò comitatur, dicente Domino, *Ioh. 6.* qui manducat carnem meam, is in me manet, & ego in eo. hæc enim Domini verba ad Eucharistiam attrinere, vos ipsi non diffitemini. idem Chrysostomus vult verbis modò titatis: ut tum ex antecedentibus liquet: tum ex iis quæ consequuntur. Firma itaque mea consequentia est, *Qui cunque verum Christi corpus manducant, ij cum Christo capite coniunguntur, ut caro sint de carne illius, & osa de ossibus illius:* Sed sola Christi membra ita cum eo coniunguntur: quare sola Christi membra verum Christi

134 CONTRA GREGOR.

*Iohann. 6.**Eph. 29.**4. 8.*

corpus manducant. Maior Christi est; minor ex Apostolo nota.

Quod de Baptismo & Christi morte aduers, id nihil ad rem. aliud est de Sacramento loqui; aliud de re Sacramenti. Quicunque vero Christi sanguine lauantur, iij quoque regenerantur: sed non quicunque aqua tinguuntur, iij quoque sanguine lauantur & regenerantur. Sic in Eucharistia quicunque fractum Christi corpus & traditam carnem edunt, in Christo manent, & Christum in se manentem habent: sed non quicunque Sacramentum corporis, quod Sauctus panis est, non ipsummet corpus edunt, rem quoque Sacramenti, fractum Christi corpus, edunt, & cū Christi corpore coniunguntur. Mors etiam Christi iustificat: sed credentes: si fide apprehendatur. Sic externum in Sacramentis Symbolum vim habet hyperphysicam & spiritualem: si verbum, à quo, & in quo, vim istam obtinet, fide recipiatur.

Ex his luce meridiana clarius est, Christi corpus a nullo edi, qui non sit in corpore Christi: eoque corporis ore

In Iohann. non edi nam quod tu ex Chrysostomo & Augustino occ. hom. 45. cinis, eo nihil plane iuuaris. Sacramentaliter Chrysostomus loquitur, signorum nomina rei nominibus permittat, sanguinem & corpus appellans, corporis & sanguinis

Sacramentum: quia quod Apostolus dixit quare qui comedet panem hunc, aut biberit poculum Domini indignè & id hinc verbis Chrysostomus effert. Qui enim manducat, & bibit indignè sanguinem Domini, iudicium sibi manducat

lib. de Bapt. & bibit. Augustinus autem adeo tibi fauet, ut vel illis contr. Dom. ipsis, quæ citas, verbis te iugulet. Sacramentum Dominicum & corpus Domini opponit: per Sacramentum elemosum cum verbo intelligens, non ipsummet corpus: quippe quod opponit Sacramento. Sacramentum iraque Dominicum malus etiam accipit: eoque non nihil accipit:

CAPUT QVARTVM.

135

accipit: et si Spiritualis hic cibus illi non sit Spiritualis.
Tamen si enim sanctus hic cibus carnali non est Spiritua-
lis: in se tamen Spiritualis est, & effectu Spirituali prædi-
tus: quia Sacramentum corporis eoque modo quodam
verum Christi corpus.

Ex quibus Augustini verbis iterum liquet, et si Sanctus
panis verum Christi corpus est, etiam cum impio & infi-
deli offertur: ab infidelis tamen nihil preter rem externam
accipi. nam ut idem inquit, *qui discordat à Christo, nec car-* apud Pro-
nem eius manducat, nec sanguinem bibit: etiamsi tantæ rei sperum.
Sacramentum ad iudicium sua presumptionis quotidie indiffe-
renter accipiat. audi' quid malus accipiat?

Falsum igitur est, quod assuis, Augustinum de fructu. In Johann.
fa duntaxat corporis manducazione loqui, cùm id ab illo tract. 26.
duntaxat manducari scribit, qui in Christo manet. De
veri corporis manducaatione absolutè loquitur: quia ali-
ter non manducant, quām manducazione fructuosa:
Propterea quod cibus est ad vitā nutriens non ad exitium.

Hæc de altero conjectario. alterum erat: Vnio man-
ducactionem sequitur: ergo qualis vnio, talis mandu-
cationis: & ex consequenti, sicut vnio Spiritualis est: ita man-
ducatio quoque Spiritualis est, non corporalis. h̄c iste
putauit, concludere me velle, vniōnem & manduca-
tionem vnum & idem esse. ego verò nihil minus volui: sed
hoc volui, vtrunque eiusdem generis esse: non ignorans,
alterum causæ rationem habere, alterum effecti: id quod
etiam priore meo Scripto crebrius inculcauit. nonne ve-
rò perspicuè sententiam meam expressū, cùm ut iste quo-
que citat, scripsi, *deinde manducactionem non aliam quām*
vniōnem esse: qua cum Spiritualis sit, non corporalis &c. Spir. P. 20. 6.
etiam quoque non corporalem manducactionem esse &c.?

Nihilo oculatior est, cùm hoc alterum meum conse-
statum ita proponit. Vno qua ex manducazione sequitur,

est

est spiritualis, qualis fit etiam teste Chrysostomo & aliis Patribus in Baptismo: igitur etiam manducatio Christi in Sacramento debet esse duntaxat spiritualis, non corporalis. Vbi quas ita sum ratiocinatus? Si falsarius haberinon vis, Gregori, ostende hoc tuum enthymema in meo libro. hanc autem rationem pro mea agnosco: Vnus cum vero Christi corpore, quæ corporis manducationem in Eucharistia consequitur, spiritualis est, & tantum spiritualis: ergo manducatio quoque veri corporis Christi tantum spiritualis est, non corporalis. Antecedens antè probatum est. ratio consecutionis est; quia qualis unus, talis manducatio atque cibus. propterea Sanctus in Eucharistia panis corporeo modo nobiscum coniungitur: quia corporeus in se cibus est: & corporeo modo manducatur.

Aliud igitur est, de Sacramenti, aliud de veri & crucifixi corporis unione & manducatione loqui. nemo negat, Christum corporeis rebus ad spirituales effectus ut: sicut etiam nemo spiritualem duntaxat in Eucharistia manducationem affirmat: sed ipsum Christi corpus spiritualiter duntaxat, palato mentis fidelis, manducari dicimus: quia spirituali duntaxat nexo nobiscum copulatur.

Quare nihil ad rem quod de salute & iustificatione hominum imperit simul & intempestiuè nobis hic opponis: qui corporeis rebus spiritualem effectum nunquam denegauimus. nihil item quod de Baptismo concludimus enim non ita concludimus. hoc autem sequitur, regeneration & ablutio à peccatis spiritualis est: igitur ablutio quæ fit ipsomet sanguine Christi, spiritualis est. Enim, miserrime Gregori, quò te deducat hydra tua septiceps. reuoca te: camquè maturè desere, ni plagarum illius particepsesse velis.

In Iohann. homilia 45. Nequeverò videre possum, quid vel nobis obsint, vel vobis prosint illa Chrysostomi verba, quibus Christum in Eucha-

Eucharistia videri, tangi, & ita quidem, vt illius carni dentes infigantur, docet. num consequens esse putas, veram illius carnem sub nudis panis accidentibus reipsa latitare? quin immò tu ipse vanissimæ consecutionis rationem nobis suppeditas. non enim aliter id carni siue corpori Christi competit, quām ratione rei externæ, quæ verè & in se tangitur atque videtur. Quod si reipsa sub nudis accidentibus vera Christi caro latitaret; vtique quicquid dicas, verè & in se quoque vna cum accidentibus tangeretur: sicut panis substantia verè & in se tangitur & absumitur. Dicitur autem ipsamet caro tangi, quia Sacramentum illius, sanctus panis, tangitur: eoque Sacramentalis, vt dicebamus, locutio est: qua rei tribuitur quod signo competit: idque rectè: ob eam quæ inter rem & signum est, coniunctionem. Ineptissimè verò fallissimèque Chrysostomus loqueretur: si corpus Christi idcirco tangi diceret: quod sub illa re, quæ tangitur, reipsa subdit. Et si enim reipsa aliquis sub tentorio, verbi gratia, subdit: nisi tamen ipsem tangatur: verè tangi dici non potest: vt vt tentorium tangatur. Quare nimis crassus es, Gregori, si non percipis, quām te lethaliter hæc Chrysostomi verba vulnerent: quibus luce meridiana clarius docet, se de hoc magno Sacramento Sacramentaliter loqui, & nihil minus, quām hæreticam illam vestram præsentiam, significare.

Quod de contradictione respondes, ostendit, quām gnarus sis legū contradictionis. negas, contradictionem involui, si idem Christi corpus, in se consideratum, modo corporeo simul à nobis discessisse, & in cælum assumtum esse, & nobiscum mansisse dicatur. Cedo legem, quam hic requiris, contradictionis. Discessit, inquis, Christus non secundum illa loca, in quibus nobiscum est in Sacramento, sed secundum alia, in quibus antea ver-

satus est visibiliter. Sed quando tandem nobis probabis, verum hominis corpus in pluribus locis esse? quando itidem, illud crasso vel potius nimiū subtili illo vestro modo in Sacramento esse? quando denique illud aliis in locis aspectabile, in alijs non aspectabile esse? immo verum hominis corpus aspectabile non esse? hæc, si monstratis: concedam tibi hanc contradictionis legem.

Quamvis ne h̄ic quidem Jesuiticas tuas auriculas tegerem potueris. Alia lex est secundum idem: alia ad idem. deest lex secundum idem, cōque contradictione non est, si idem codēq; modo acceptum, de eodem affirmetur & negetur: sed secundum aliam & aliam illius partem, aut conditionem: vt si Christus $\text{να} \text{ ἀλο} \text{ κα} \text{ ἀλο}$ vbiq; & non vbiq; esse dicatur. Quod si ad duo diuersa, quæ extra subiectum sunt, cuiusmodi commentitia tua loca sunt, respiciatur: non lex secundum idem, sed altera, ad idem, desideratur. Hæc itaque lex desideraretur, si $\pi \text{ μλ}$ λαχ̄s demonstrari posset: quod quia tum cum veræ carnis natura, tum cum oraculis cælestibus pugnat, nequam desideratur: & quia hæc, præter quam aliam adferre nullam potes, non desideratur, nulla plane desideratur, sed integra contradictione manet. Sed deest cōditio $\omega \sigma \tau \nu \lambda \omega \gamma \omega$. hoc enim fortè dicere voluisti: et si nō potuisti. In illis enim locis, inquis, in quibus nobiscum est ratione Sacramenti, abesse & adesse citra contradictionem dici potest: quia alio modo adest, modo scilicet inuisibili, alio abest, modo visibili. Hæc quoque lex à contradictione te vindicabit, vbi duplēm hunc veri corporis veræque carnis humanae modum è Scripturis demonstrāris. Quid autem secundo capite effeceris, ex secundo illo capite liquet.

Num verò quia præter præstigias nihil habes, quod diccas, idcirco quod nos solidè respondemus, præstigiæ sunt? ant tibi hoc nihil est, quod discessurus Christus veri sui corporis

poris Sacramētum nobis reliquit : an magnum hoc Sa-
cramentum cum absentis Imperatoris legibus compara-
bis ? nihilne illud , quod scripsi , veram & pro nobis tradi-
tam Christi carnem à nobis in Eucharistia verè & reipsa
manducari , nobiscum verè & reipsa coniungi ? estne hoc
Christum absentem , an potius intimè præsentem , statu-
ere ? cur id malitiosè præterijstis ? non itaque Deitatis so-
lum , sed etiam verę carnis veram præsentiam in Eucha-
ristia confitemur : qua vera Christi caro , quæ pro nobis tra-
dita est , verè præsens est , & à nobis verè manducatur : sed
quā tradita est , vt ex Institutionis verbis antè conuicimus .

Superest quartum & extreumum sexti argumēti mem-
brum : quod tertio simile pronunciaui : quia verum no-
strum commodum atq; solatum non in Cyclopica illa
carnis manducatione , quæ pijs cum impijs communis
statuitur , consistit : sed in illa , quæ facit , vt Christus in
me maneat , & ego in eo .

Hic iterum iste vociferatur , fundamentum Christianæ
religionis euerti . metuebat enim , id sibi obijci posse :
Probè sibi conscius , & fundamentum Christianæ religio-
nis conuelli : & totam religionem Christianam in fabu-
lam transmutari , si vera Christi caro , cuius sceleris isti rei
funt , in phantasma conuertatur .

Sed ita me ratiocinari scribit , *Præsentem habere Christum*
in Sacramento commune mihi cum quouis impio & scelerato est ,
ac exitium eternum id ad fert , nisi spiritualiter Christus man-
ducetur : ergo non in ea præsentia , sed in hac spirituali man-
dicatione verum commodum & solatum est .

Hæc quoque ratio sicut ambigua , sic mea non est .
Quatuor meis verbis rationes complexus sum : è quibus
prima est , *Quod Scripturis aduersatur , id non verum , seu*
vt iste loquitur , summum & spirituale , piorum commo-
dū est atq; solatum : corporea illa carnis Christi sub nudis

speciebus præsentia Scripturis aduersatur: quia pugnat cum verbis Institutionis: vt partim ostendimus: partim ostendemus: ergò verum, summum, spiritualeq; piorum commodum atque solatium non est.

Altera ratio est: Quod mihi, seu pijs, cum impijs & scelerato quoquis commune est, id verum & spirituale piorum commodum atque solatium non est: Corporea illa, seu potius, Cyclopica, carnis Christi manducatio pijs cum impijs & scelerato quoquis communis est: Ergo non verum & spirituale piorum commodum atque solatium. Minor istorum; Maior perspicua est: quia quod ab interitu non vindicat, neque nos hæredes Dei, Christique co-hæredes efficit, quod non præstat quod pijs cum impijs est commune, id verum piorum commodum atque solatium non est.

Ioh. 6.

Tertia est: Spiritualis manducatio, qua fractum Christi corpus palato cordis recipitur, facit, vt Christus in me maneat, & ego in eo, ab interitu vindicat, &c. Spiritualis igitur hæc manducatio verum commodum est. Antecedens Christi est: ratio consecrationis, quia quod hæc præstat id verum commodum est.

Extrema est, Corporea illa manducatio, si cum spirituali non sit coniuncta, exitij, non salutis, causa est. Summum igitur & spirituale piorum commodum atque solatium non est.

Quid hic tu, Gregori? ita colligis habere Christum redemptorem, & mediatorem, & pontificem & hostiam, in sanguine suo, commune mihi cum quoquis impio & scelerato est, ac exitium aeternum affert, nisi quis per fidem legitimam eo beneficio recte utatur, ut patet ex Apostolo Paulo: ergo non in Christo ipso redemptore & mediatore & pontifice & hostia, neque in Christi sanguine, sed solum in legitima fide verum commodum atque solatium ost. Hæc tua cauillatio, Gregori, primū cum

cum firmissimis meis rationibus nihil plane commune
habet: Deinde, sicut antecedens de te verissimum est: ita
de me ceterisque fidelibus est falsissimum. Aliter pijs at-
que fideles, aliter impij fideque destituti, Christum re-
demtorem, pontificem, hostiam pro peccato, habent:
immo vero soli fideles eum redemptorem habent, pon-
tificem, hostiam: de quibus etiam solis Apostolus, quo
abuteris, loquitur. Consecutio nihilo melior est antece-
dente. Si enim maximè verum sit antecedens, Christum
redemptorem, pontificem, hostiam habere, generaliter
scilicet habendi vocabulo sumto, sicut alia generalis, alia
specialis Dei præsentia est, commune pijs cum impijs esse;
nequaquam tamen efficitur, commodum in sola fide
consistere. Efficitur, ita Christum habere, summum spi-
ritualeque piorū commodum atque solatium non esse.

Quod de Deo, Sole, Mūndo, garris, ostendit te cæci-
tate percussum, breui cetera, cum Bariesu, fratre tuo, ni-
maturè resipiscas, experturum. Si haec vestra inquis argu-
mentiforma valet, Deum quoque & Solem & orbem ipsum af-
ferre nobis aliquod commodum deberetis negare: quòd hæc
pijs cum impijs communia sint. Sed estne tibi idem, Gre-
gori, aliquod commodum afferre & summum spiritua-
leque commodum afferre? Idémne tibi est, quod pijs
cum impio quoquis commune est, id summum spi-
ritualeque piorum commodum atque solatium non est:
& quod pijs cum impio quoquis commune est, id nullum
planè commodum adfert? Quam egregiè vero libro pri-
mo mandationem tuam demonstraris, ex ijs abundè
liquet, quibus Achillem tuum, septimum illius libri fo-
phisima, abs te prouocati, profligauimus.

Argumentum VII.

Extrēmam istius ἐνόχλησιν ipsiusmet verbis proposui.
Et tamen Planus iste, nescio quam aliam causam ad-

fert , cur illam non sicut ceteras h̄ic repeatat. Eam, vt verbosiorē , sic obscuriorem , ita contraxi : Patres communī consensione docent , Christum verbis illis, *hoc est corpus &c.* non figuram , sed rem ipsam planè , corpus suum & sanguinem sub pane & vino demonstrasse : intolerabilisigitur impudentia simul & insania est , communi huic sanctorum Patrum sententiæ non assentiri. negauit antecedens , antiquos scilicet Patres , seu Patres , communī consensione , docere , Christum vel sub pane & vino , vel sub nudis illius speciebus , quorum illud Filiæ , hoc matri placet , corpus suum demonstrasse ; idque , vt figuram nullo modo demonstrârit,

Antecedens Gregorius iste septem ratiunculis confitmare nitebatur : quarum prima à Damasceni , Theophylactique petita fuit autoritate. Respondi , et si recentiores sint isti duo Patres , horumque duorum Patrum sententia non sit communis omnium , etiam antiquissimorum , Patrum sententia , me tamen ne istos quidem in hac causa , quod quidem ad caput rei attinet , iudices reformidare.

Quid iste? Caluinistas recentiores esse scribit. Õ ridiculum caput , quid si vetustiores sint ? certè doctrina nostra , ob quam sectario nomine à Sectarijs & hæreticis nominamus , tantò duobus istis Patribus antiquior est , quantò qui prior omnibus est , ex cuius ore doctrinam nostram haulimus , illis est antiquior. Caluinistæ , inquit , apud omnes in uniuerso orbe pessimè audiunt : hæretici palā proclamati sunt. Quasi verò alia nostra , quam Christi & Apostolorum , fors sit : qui eodem à Sacerdotibus & Pontificibus modo excepti sunt olim , quo nos à vobis hodie tractamur.

Sed de Damasco & Theophylacto videamus. Quid in illorum Scriptis inuenisti? clariſſima inquis testimonia pro Christi præsentia in Eucharistia . Sed quis nostrum Christi præsentiam in Eucharistia in dubium unquam vocavit?

Craf.

Crassam & corpoream illam vestram veræ carnis sub tantillo pane, vel tantilla panis specie præsentiam negamus.

Cedò nunc Damasceni testimonia; quæ præsentiam istam confirment. Nam de Theophylacto post viderimus. Ita Damascenum loquètem introducis. *Nec verò panis & lib. 4. c. 14.
vinum corporis Christi figura sunt (absit enim hoc) verum ipsum
summet Domini corpus diuinitate affectum: quippe cum ipse
met Dominus dixerit, hoc est, non corporis signum, sed corpus;
nec sanguinis signum, sed sanguis. Et iterum, Si ipsemet Deus
verbum ex immaculatis sanctæ ac semper virginis sanguinibus
carnem sibi ipsi sine sanguine condidit: quid tandem afferri po-
test, quin ex pane corpus suum, & vino & aqua sanguinem su-
um officere queat? Dixit antiquitus, producat terra herbam vi-
rentem: atque ea etiamnum, orto imbre, factus suos producit,
diuino præcepto impulsa ac roborata. Dixit Deus, hoc est corpus
meum, & hic sanguis meus, & hoc facite in meam commemo-
rationem: atque omnipotenti Dei præcepto, donec ipse veniat
hoc efficitur. (his enim verbis donec veniat usus est): ac pluria
huic nouæ segeti per consecrationem existit Sancti Spiritus vis
in umbrans. Quemadmodum enim quicquid Deus fecit, id sancti
spiritus opera fecit: eodem modo nunc quoque spiritus operatio
ea quæ naturam superant efficit, quaque nisi sola fide capi & in-
telligi nequeunt. Quomodo mihi fiet istud? aiebat sancta virgo.
respondebat Gabriel, spiritus Sanctus superueniet in te, & virtus
altissimi obumbrabit tibi. Tu quoque nunc queris, quomodo pa-
nis fiat corpus Christi, & vinum aquæ coniunctum sanguis Chri-
sti fiat. Tibi respondeo, spiritus Sanctus superuenit ea que efficit,
que orationis facultatem ac mentis intelligentiam excedunt. pa-
nis porro & vinum ob eam causam adhibentur, quia Deo nota
est humana imbecillitas: quippe que ut plurimum ea que usu &
consuetudine minimè trita sunt, auersatur.*

Hic primū, ad posterius testimoniū quod attinet, mala
fide Damascenū citas. quædā enim demis: quædam addis-
quædam

quædam immutas. Demis illa, si volens &c. factus est homo &c; addis illa quid tandem afferri potest: item illa ob eam causam: immutas & peruerteris, id quod maioris est momenti, cùm pro eo quod Damascenus dicit non poterit panem corpus suum facere & vinum ac aquam sanguinem? hæc obtrudis quin ex pane corpus suum & vino & aqua sanguinem suum efficere queat? cùm pro hoc est sanguis, hic est sanguis: pro invocatione, consecrationem dicis.

Deinde quid hæc ad antecedentis tui confirmationē? panem & vinum figuram siue typum corporis & sanguinis esse negat; ipsum Domini corpus $\tau\eta\tau\mu\epsilon\sigma\omega$ esse contendit: quòd Dominus ipse dixerit hoc est corpus, non autem typus corporis. quis hæc negat? quis dicit, panem ita typum corporis esse, vt non ipsum quoq; Christi corpus sit? hæc verò duo, vt panis typus seu antitypon, simulque verum Christi corpus sit, simul consistere posse, ne tu quidem diffiteris.

Fatemur ergò, panem Christi corpus esse, idque Spiritus Sancti virtute fieri: fatemur, id captum nostrum exuperare. panem & vinum adhiberi propter imbecillitatem nostram, concedimus: vt per visitata & quæ secundum naturam sunt, in ijs quæ supra naturam sunt, collocemur: sed negamus, inde consequi, Christum sub pane & vino corpus & sanguinem suum demonstrasse, sub pane & vino vero suo corpore absolutè, quâ corpus est, corporeo modo præsentem esse. Hoc ergo tibi demonstrandum erat: & dein, ad typum seu figuram quod attinet, Patres omnes à figura, signi, typi, antitypi, nomine abhorruisse.

Sed inquis, potuitne Damascenus clarius dicere, Christum sub specie panis & vini suum corpus & sanguinem demonstrasse, quam cùm toties repetit, ut audiuimus, Christum non dixisse, hoc est figura, sed hoc est corpus meum, & hic est, non figura?

figura, sed sanguis meus? Immò vcrò potuitne clarius dicer, corpus Christi neq; sub pane, neq; sub panis specie, esse, quā cū dicit, panē esse corpus Christi: disparatorū prædicationem apertè contra vos statuens, & vagabundum illud vestrum indiuiduum in Mundum Democriti relegans? ac quoties quæso repetit illud *non figura*: cūm id semel duntaxat de pane & vino proferat? Quòd si millies id repearet: nihil tamen pro te faceret: cūm ipsem fateri cogatis, Damascenum non omnem prorius inficiari figuram.

Panis ergò Damasceno verum Christi corpus est, non inanis & nuda figura: sed non est illi corpus ἀποδῶς: quippe in quo duo agnoscit: panem substantia: & coniunctam illi Deitatem. nam si nudam panis speciem constitueret: falsum esset, quod dicit, sicut carbo simplex lignum non est, sed lignum vnitum igni, eoqué lignum & ignis simul, & lignum substantia, non externa duntaxat specie: sic & eodem planè modo panis τῆς κοινωνίας non simplex panis est, sed vnitus Deitati. Sicut ergò non simplicem panem sed talem agnoscit, qui Deitatis adiunctione diuinus, Christique corpus sit effectus: Ita verum panem, qui naturā panis sit, agnoscit: quo tum figura conceditur: tum omnis vniuersa corporea sub elementis præsentia extermi-
natur.

Concedis deinde, ceteros & antiquiores Patres figuræ, signi, &c. nomina usurpare: quòd res externa & aspectabilis, figura sit corporis & sanguinis Christi: sed non sanguinum nudum, aut figura nuda: sed quæ rem ipsam continet: atque hoc sensu ab ipso quoq; Damasceno signum & figuram admitti. Verissima itaque mea responsio est, Damascenum ita figuram negare; vt non omnem tamen plane figuram inficietur. inanem, vt dixi, nudamque figuram, inficiatur: quam nos quoque pernegamus: qui libenter concedimus, externum signum rem internam

continere: sed in verbo, vt ipsum quoque verbum eam continet, non autem vt soccus auenam. quare falsum illud est, & Damasceno aduersarium, quod ait, de re contenta verè & propriè dictum esse, *hoc est corpus meum: cùm de pane, Damasceno teste, id dicatur.*

Con. Mar. lib. 4. Quamuis satis mirari non possum, te figuram concedere: cùm omnes promiscuè figuras, vt inanes & rem nō continentis. extremè a uersemīni: illudque Tertulliani *hoc est corpus meum, id est, figura corporis mei* ita miserabiliter dilaniētis, vt verba illa *id est, figura corporis mei*, non ad attributum, sed subiectum referenda esse contendatis; quod quām verum sit iudicare potest is, qui non ex anima li ridente rudens factus est. *Quod addis, Patres nonnunquam panem & viuum figuram corporis & sanguinis ante consecrationē appellare, id sicut nihil prorsus ad rem facit: sic abs te probari non potest.* Ex Basilio enim contrarium, quām putauit Damascenus, ostendi potest.

Ita liquet, quantopere Transubstantiatoribus Damascenus fauacat: qui & figuram, ipsi met testibus, admittit: & naturam panis in columem manere, de quæ vero pane verum Christi corpus enunciati scribit: quibus omnis, vt dicebam, corporea & hæretica sub elementis praesentia è portico Solomoni eliminatur. Atque hanc Damasceni sententiam esse, pluribus, iisque firmissimis, ex Damasco petitis argumētis comprobari potest: è quibus aliquot priori Scripto attuli: quæ miserabiliter sanè Gregorius iste oppugnat.

Primum autem ita cōtra nos sophisticatur: *Si illud, quod Christus pronominibus illis hoc & hic in manibus suis præsens demonstrauit, non est tantum figura corporis & sanguinis Christi, sed verè & propriè ipsum corpus & sanguis Christi, manifestum est, non esse id substantiam panis & vini, sed solum substantiam corporis & sanguinis Christi: at ex Damasceni senten-*

ria, quod Christus illis pronominibus demonstrauit, non est tantum figura, sed verè & propriè ipsum corpus & sanguis: igitur ex Damasceni sententia manifestum est, id non esse substantiam panis & vini, sed solum substantiam corporis & sanguinis Christi. Nego minorem, est quidem illud, quod pronomine hoc demonstratur, verè Christi corpus: Sed ostende tu, ille etiam propriè Christi corpus esse, ubi hoc in Damasco non reperisti? Ostende, Gregori, si firma esse vis minorem, Damascenum dicere, id quod pronomine hoc demonstratur, non tantum verè, sed etiam propriè Christi corpus esse, aliud est verè quid esse, aliud propriè fasces imperium verè sunt: ast non propriè. Et cur tu vocem istam propriè in minoris confirmatione cum altera illa verè non coniuxisti, sicut in argumento eas coniunxisti? Nónne suspectū te causamque tuam reddis? Nihil itaq; tuum istud telum me lædit: sed firma mea stat interpretatio. Audiamus nunc cetera.

Primum meum argumentum, quo monstravi, Damascenum non solum non amicum μεταστοιας, sed capita-
lem etiam illius hostem esse, ex illis Damasceni verbis pe-
tiui, quibus geminum in Eucharistia cibum statuit; eo
quòd nos gemini sumus: quorum altero, qui panis ille vi-
ta est, qui de cœlo descendit, Dominus noster Iesu Christus, Deus & homo, animus & interior homo nutritur:
altero, qui Sanctus panis & sanctum vinum est, corpus &
homo exterior: non secus ac in Baptismo corpus aquâ
tangitur: gratia verò Spiritus & sanguine Christi anima
lauatur & irrigatur. Quæ quæso capitalior sententia dici
abullo inquam iudice contra μεταστοιας potuit? Dominus
Iesus, sive caro verbi, de sententia Damasceni, interioris
hominis alimentum est, non exterioris, ubi ergo corporea
corporis Christi manducatio? ubi corporea sub clemen-
tis, qualiscunque tandem statuatur, præsentia?

Quid ad hæc Gregorius? nihil planè. Rogo lectorem, per suam ipsius salutem, ut saltem hoc ex Damasceni verbis ductum argumentum cum Gregorij respōsione conferat. intelliget primo aspectu, eum malam causam defendere: nihilque planè quod respondeat, habere. Geminum cibum in Eucharistia remanere scribit, et si panis substantia explodatur, corpus Christi, & panis accidentia. Atqui vis argumenti, quòd iste optimè vidit, sed fraudulenter omisit, non in eo potissimum consistit, quòd geminus in Eucharistia cibus sit: sed quòd alter, externus cibus, qui sanctus panis est, ad exteriorem, alter, internus & spiritualis, qui Iesus Christus sive caro & corpus Christi est, ad interiorem hominem attineat: quia eadem Eucharistiæ, ad rem præsentem quod attinet, & Baptismi ratio est: & quia geminus iste cibus, gemino homini destinatus, & geminus est, eo quòd homo geminus est.

Sed neque de gemino cibo quod dicat habet. negauit & nego, nuda panis & vini accidentia nutricandi vim habere. hic iste, inficiari tantummodo me scribit, non autem probare. quæso te, Gregori, vtri probatio incumbit, negatine, an affirmant? Non id nunc ago: vt te tuamque Synagogam accusem. quod sine Scripturis, sine teste, sine ratione, dicas, id verum esse nego. nego, mera panis accidentia vim habere, qua corpora nostra nutriantur: idque nego: quòd cum Philosophia pugnet: quòd sine Scripturis, sine omni Patrum autoritate, sine ratione, à vobis affirmetur. Si Scripturam adferre non potes, saltem unum ex Patribus, etiam recentissimis, adfer, qui id unquam ausus fuerit affirmare.

Sed è Scriptura, inquis, mysterium istud habemus. Cedò Scripturam. Ex Scriptura inquis habemus, non esse in Eucharistia substantiam panis: ergo & hoc. Petis principium: idque tum, quòd falsum falso, tum quòd alterum altero,

altero, instar circuli, confirmas. nam transubstantiatio-
nem neganti, eò quod alter, corporis cibus, depereat, re-
spondes, accidentia nutricandi vim habere: hoc verò ne-
ganti, transubstantiationem occinis.

Sed antecedens nobis demonstra. hoc, inquis, libro Se-
cundo, capite Secundo, demonstrauimus. Videamus de-
monstrationem. Hæc illa tua demonstratio est: *Quicquid*
substantia & continebatur sub speciebus panis & vini, finita pro-
latione illorum Christi verborum, & quicquid nunc etiam ibi
continetur, quando à Sacerdote prolata sunt eadem verba, id
totum verè & propriè tunc fuit & nunc etiam est corpus &
sanguis Christi: sed nihil substantia panis, & similiter, nihil sub-
stantia vini tunc fuit, aut nunc est verè & propriè corpus aut
sanguis Christi, cum finitur illa prolatio verborum: ergo nihil
substantia panis & vini continebatur tunc, aut nunc contine-
tur sub speciebus panis & vini. Falsissima maior est. Tres e.
nim illæ, quas ponis, theses, te nihil planè iuuant. prima
est, enunciationem illam *hoc est corpus meum*, verifica-
ti propriè (sic enim loqueris) in ultimo instanti prolatio-
nis: sicut oportet omnes alias enunciations tunc maxi-
mè veras esse. Si tunc maximè vera est enunciatio: igitur
& antè vera est. quare subiectum non aliud in fine deno-
tat, quam in principio.

Altera tua thesis est, veram hanc esse enunciationem,
pro eo, puta ultimo, instanti, non figuratè, sed omnino
propriè. nugæ, Gregori. proba quod dicis. Suprà, inquis,
satis id à nobis probatum est. vbi Gregori? libro primo.
quo capite? nullo. *Quid enim de ultimo tuo instanti, de*
quo primo, secundo, tertio, libro garris, sentiendum sit, c. 9. c. 2. b. 4.
id vere supra intellexisti.

Postrema tua thesis est, eaque sicut firmissima, sic pla-
nissima, pronominis Demonstratiui *hoc ea vis est*, vt si ad
rem aliquam applicetur, quæ secundum conditionem su-

am non soleat aliam aliquam substantiam diuersam à sua continere, sicut continet dolium aut marsupium, demostret omnino totum, quicquid est substantiae sub illis extensis accidentibus rei, quae sensu percipiuntur, demonstret, inquis, id totum, saltem sub ratione substantiae communis & individua vagè, per ordinem ad accidentia illa, quae sentiuntur. Hæc tua thesis, hæc tua verba sunt, Gregori. De voto tuo individuo, & an pronomen *hoc* generis & illius quod commune est, nota sit, satis antè dictū. Concedo, totam substantiam, quæ sub accidentibus panis erat, pronomine *hoc* demonstratam esse: sed nego, corporis Christi substantiam sub illis fuisse. hoc, hoc, Gregori, tibi demonstrandum est: quod hæc tua thesis nequam præstat. falsa itaque tua maior est: falsum itidem antecedens. Quod si maxime verum antecedens esset: nondum tamen sequeretur, accidentia nutricandi vim habere. De experientia prorsus expertus loqueris: dignus qui nudis pascaris accidentibus.

Ad alterum meum argumentum, quod iste quidem alterum constituit, nihil præter commentitiam illam vim accidentium. responsonem itaque nullam meretur.

Tertium argumentum ita proponit. *In Baptismo secundum Damascenum, non est necessaria conuersio substantiae aquæ: ergo neque in hoc Sacramento conueritur substantia panis.* Hoc verò meum argumentum non est. Collegi ex illis Damasceni verbis, quibus de analogia, quæ inter Eucharistiam & Baptismum est, præcipit, & quibus docet, sicut aqua regenerationis lauacrum, adiuncta gratiâ Spiritus facta est, ita panem & vinum adiuncta Deitate, corpus & sanguinem Domini facta esse, collegi inquam, ex ipsis, si Damasco credendum sit, non magis substantiae panis conuersionem necessariam esse, ut panis corpus Christificatus, quam aquæ Baptismi substantialis conuersio necessaria sit,

ria sit, vt lauacrum fiat regenerationis. Hæc enim mea
verba sunt, *Non magis igitur, si Damasceno credimus substantia p. 22. a.
tia panis conuersio necessaria est, &c.*

Hoc ergo meum argumentum est: Et aqua Baptismi,
& panis Eucharistie, eadem ratione, adiunctione scilicet
gratiæ & Deitatis, de sententia Damasceni, immutantur,
illa in lauacrum regenerationis, hic in corpus Christi: nō
magis igitur, si Damasceno credimus, substantia panis
conuersio necessaria est, vt panis in Christi corpus immu-
tetur, Christique corpus fiat, quām aquæ Baptismi sub-
stancialis conuersio necessaria est, vt lauacrum fiat regene-
rationis.

Quid iste? *nihil valet*, inquit, *consequentia*: id quod
verum est de illius argumento. Sed nega tu, Gre-
gori, mei, non tui, argumenti, si audes, consecutionem.
Quare, quæ subiçis, ea nihil ad rem. negas, aquæ conuer-
sionem è Scripturis haberi. nonne accedente verbo im-
mutatur, & fit quod non erat? nōnne lauacrum fit rege-
nationis? nōnne naturâ mutatur: cum naturâ suâ cor-
pus duntaxat tangat: quæ tamen hîc etiam cor præterna-
turam suam abluit? nōnne conuersionem illius apertè
Damascenus, non secus atq; Eucharistie, & quidem ean-
dem, statuit, cum ita loquitur: *Et quemadmodum in Bapti-* lib. 4. ca. 14.
sme, quia mos est hominibus, aqua lauari, & oleo vngi, coniun-
xit cum oleo & aqua gratiam Spiritus, & fecit illud lauacrum
regenerationis: ita quia mos est hominibus panem edere, &c?
idem ytrobiq; facere, *m̄iev*, Damascenus agnoscit. Quid
ergo superest aliud, quām vt aquam quoq; Baptismi trās-
substantietis? sed nusquam Christus de aqua Baptismi di-
xit *hoc est corpus meum, vel sanguis meus*. Quid igitur illud est
quod per Ananiam Paulo dixit *Surge, Baptizare, & ablue pec* Act. 22.
cata tua: at qui sol° sanguis Iesu Christi mūdat & abluit nos 1. Ioh. 1.
à peccatis, quid hoc aliud est dicere, quām aquā Baptismi
sanguis.

sanguinem esse Christi? Quod ablutio peccatorum est id sanguis Christi est, quia solus Christi sanguis hæc ablutio est: aqua Baptismi ablutio peccatorum est: ergo Christi sanguis. quasi verò invno duntaxat Sacramento signat^a
ad Bonifa. rei nomen signo tribuatur. Augustinū cōsule: & sine mora concede, quod sine mora te concessurum polliceris.

Quatum meum argumentum Gregorius hoc adfert:
 Secundum Damascenum cum pane Deitas coniungiur: ergo in columnis & salua panis substantia est: cum coniungi nequeant nisi que actu sunt. Agnosco argumentum. an verò quartum sit: & quām misere Gregorius iste verba mea dilaniet, in ueritat, peruerat, intelliget qui prius meum Scriptum cū iustius Scripto compararit. Respondet inficiatione consequentia. atqui probationem consequentia ipsamet memorauit. non ergò consequentiam negare, sed illius confirmationem debuit refutare: quod etiā solum conatur.

Diuinitatem cum pane coniungi, seu vt loqui maluit, vniri, duplice inter intelligi posse scribit. altero modo secundum agendi virtutem: quatenus videlicet illum in corpus Christi mirabiliter conuertit: sicut dicimus ignem, verbi gratia, vniuersi cum ligno, vt illud in ignem transmutet: altero modo Sacramentaliter, quatenus videlicet coniuncta est hypostasi corpori Christi, quod panis Eucharistico subest, ex quo fit, vt Eucharistia sit cibus viuisficus: ac de utroque modo Damasceni sententiam verè accipi posse.

Vterque modus commentitius est, & contra mentem Damasceni. Prior enim res illa, cui secundum agendi virtutem aliquid adiungitur, non manet, sed planè tandem consumitur: vt liquet ex igne & ligno, quod locum non habet in Sacramento. Deinde Damascenus non aliud Deitatis adiunctionem, aliud & posterius panis conuersionem, sed deitatis adiunctionem ipsamet conuersiōnem esse docet: quia sicut adiunctio gratiæ conuersio Baptismi

Baptismi est: sic adiunctio Deitatis conuersio panis Eucharistici. Coniunxit inquit illis suam Deitatem, & fecit ea corpus & sanguinem suum, hoc est, coniungendo Deitatem, in corpus & sanguinem ea commutauit. Contrà seres habet in istius coniunctione aliud coniunctio est: aliud ἐνέγκεια, quæ coniunctionem agentis & patientis comitatur.

Alter modus nihilo melior est. per Deitatem enim, vt de voce *Sacramento* litem nihil dicam, non corpus, quod Deitati hypostaticè vnitum est, Damascenus intelligit: Sed Deitatem ipsam: quæ quia cum corpore Christi, quod ex Maria sumtum est, verè & hypostaticè coniuncta est, idcirco pani iuncta, panem quoq; Christi corpus facit. Hæc Damasceni mens est. Sed esto, per Deitatem corpus intelligendum esse: quodd Deitati hypostaticè sit vnitum: & sensum esse, corpus Christi cum pane coniungi. num igitur inficias iueris, panem in columem remanere, cùm coniungi non possint, nisi quæ actu sunt? *Iuxta posteriorem inquis unionis modum, actu quidem manet panis Eucharisticus.* Si actu manet: ergo naturā suam & substantiam nō amittit. Sed vocatur inquis à *Damasceno panis, quia panis videtur.* &c. nugæ. hoc enim foramen iam antè tibi obstructum est. Liquet hinc, quid de Thomæ corruptela sit sentiendum.

Vrsi deinde Thomisticam verborum Damasceni de prauationē, hisce verbis, *Quod si verum est, quod Thomas scribit, immutationem seu conuersionem elementorum, Deitatis adiunctione, posteriori quipiam, eiusq; consecrarium esse;* *3.p. Sum. q. 75. a. 2.* quando ergo cum pane Deitas coniungitur? quæ verba quæ de Gregorius iste referat, nemo non videt. respondet autem, id illo tempore fieri, quo prolatio verborum consecrationis durat: per quæ, tanquam per instrumenta, diuinitas conuersionem panis efficit. Atqui diuinitas non coniungenda, vel dum coniungitur, sed iam coniuncta,

de sententia Thomæ, conuersionem efficit. Si ergo totō illo tempore, quo consecrationis verba pronunciantur, Deitatis fit coniunctio: consequitur, eam illo tempore conuersionem non operari: sed vi verborum illorum, vt rectè scripsi, Deitatem duntaxat cum pane coniungi: quia deinde panis substantia exploditur: quod quo pacto cum operatorio vestro verbo consentiat, vos ipsi videritis. Neque te iuuat quod dicis, non hanc verborum illorum vim esse *ut Deitatem cum pane ad operandam conuersionem cōiungant*, sed *ut per illa tanquam per instrumenta quadam mirabiliter Deitas conuersionem panis in corpus Christi efficiat*. quæstio enim est, quid illud sit, quo cum pane Deitas coniungatur: cùm coniuncta demum conuersionem operetur. fatetur enim Thomas, vtrumque eorum quæ coniunguntur actu esse: ideoque Deitatis cum pane coniunctionem conuersionem non esse: sed Deitatem hoc est, interprete Thoma, diuinam virtutem, pani & vino iunctam esse, *ut non remaneant in hoc Sacramento, sed ut faciat inde Christus corpus & sanguinem suum*. quid igitur illud est, quo cōiungitur? quanquam videre non possum, cur illis verbis coniungi Deitatem neges: cùm modo fassus sis, eam illo tempore, quo illa verba pronunciantur, coniungi. Sed nihil nouum aut insolens, si idem affirmes & neges. Aliud est, Gregori, deitatem consecrationis verbis, velut instrumento, vti: quod libenter concedo, quanquam vestra verbis cōsecatioonis verba nō cōcedo: aliud, Deitatē cū pane cōiungi; & idcirco cōiungi, vt cōiuncta corpus inde Christi efficiat. Ita simūl quoq; scire poteris, Gregori, Thomā posteriorem tuum coniunctionis medium non agnouisse.

Quinto loco carbonis illud simile profers, & carbonē lignum esse negas. Quid igitur est? num simplex ignis? sursum ergo feretur. nonne lignum à Damasceno dicitur? simplex inquit lignum nō est. lignum igitur est. Sed lignum, inquis, vocatur propter aequales vel easdem dimensiones, qua-

*remanent in carbone. quasi verò corpore depereunte dimē-
sio illius superstes maneat, sine qua corpus corpus nō est.
Quemadmodum ergò lignum ignitum, naturā lignum
est: ita panis, cui adiuncta Deitatis est, naturā panis est, de
sententia Damasceni.*

Sed, Damascenus, inquis, discriminē assignans, quod
intervunionem panis cum corpore Christi deificato est, &
vunionem Deitatis cum ipso corpore Christi, naturam pa-
nis deperire docet: quia diuinitatem & corpus Christi du-
as naturas, panem autem & corpus Christi vnam dunta-
xat naturam esse docet. Cedo discriminē istud in Dama-
sceno. Ita Damascenus: *Carbo vero simplex lignum non est:
sed unitum igni: sic & panis communicationis non simplex pa-
nis est: sed unitus Deitati: Deitati verò unitum corpus una na-
tura non est: sed una quidem corporis, alia verò qua illi unita
est Deitatis. qua propter utrumq; non una natura est, sed due.
pane & vino Melchisedech Abrahamum exceptit &c.* Vbi hīc
tuum illud discriminē? vbi mentio vniōnis hypostaticā?
per corpus enim unitum Deitati non illud duntaxat cor-
pus Damascenus intelligit, quod ex Maria Christus as-
sumsīt: sed corpus generatim acceptum, quodcunque
tandem illud sit, siue panis, siue corpus Christi. nam si
Christi duntaxat corpus intelligeret: descriptione aliqua
vſus fuisset: sicut ante ea vſus est, cum dixit *corpus verè Dei-
tati unitum est corpus illud, quod ex sancta virgine est.* non
igitur inter hypostaticam, & Sacramentalem, siue Dei-
tatis cum pane coniunctionem, illis verbis discriminat:
sed panis & Deitatis vunionem explicans, docet, *etsi panis
unitus est Deitati: eū tamen sic ei unitū esse: vt hac vniōne
ē duobus vna natura nō fiat, sed vt vtrūq; naturā suam sal-
uam & incolumē cōseruet: eō quod omne, quod cū Dei-
tate coniungitur, corpus diuersam ab ea naturam obti-
neat. quid capitalius dici contra *persicar* potuit?*

Hinc est, quod hic panis, ut paulo post subiicit, corporibus & substantiae nostrae, sicut quodus alimentum, adiicitur: quod non fieret, si natura & substantia panis non esset. accidentia enim, colorem, odorem, saporem, ter & quater concoqui, in chylum & sanguinem conuerti, dicere, hominis est supradicata potest insanissimi.

Nihilo verius est, quod Damascenum affirmasse scribis, panem secundum naturam & substantiam ipsum Christi corpus esse. Vbi enim id vnam affirmavit? panem Christi corpus esse affirmavit: quae disparatorum est attributio: cum transubstantiatione tantum communehabens, quantum tenebrae habent cum luce.

Quare nec illis verbis ullam inuehere transubstantiationem voluit, cum ita locutus est, non minus autem recte hoc quoque dici potest, quod, sicut naturaliter panis per cibum, vinum & aqua per potum, in corpus & sanguinem editis atque bibentibus immutantur, & aliud, quam prius erant, corpus fiunt: ita panis ille propositionis, & tum vinum, tum aqua Sancti Spiritus inuocatione & aduentu, supra naturam, in corpus & sanguinem Christi immutantur: suntque non duo, sed unum idemque. nec enim his verbis docere voluit, naturam panis in corpus Christi eodem planè modo conuerti, quo in edentibus corpus alimentum conuertitur: sed modum, quo panis corpus fit, quem tamen ἀρτογεύνητον esse dicit,

Ser. Catec. aliquo, eoque satis crasso, exemplo, ex Nysseno, adumbrauit, sicut alimentum in illius quod alitur corpus vere commutatur: ita panem in Christi corpus vere commutari: sed hyperphysicè, virtute Spiritus Sancti. quid hoc aduersum nos, qui conuersionem concedimus? vbi naturalis hic & substancialis conuersione? sed eandem panis Eucharistici conuersionem statuit, quae alimenti est. ergo accidentia quoque panis pereunt, sicut alimenti pereunt accidentia. ergo panis, materia corporis Christi est. sicut ali-

alimentum materia sanguinis est & carnis. Damascenum
verò non eandem Eucharistici panis & alimenti mutatio-
nem his verbis statuere velle, satis ex Nysseno, ex quo ista
petita sunt, liquet: qui docet, sicut panis, quo Christi
corpus alebatur, corpori adiectus eiusdem diuinæ digni-
tatis particeps siebat, quam corpus ab inhabitante Verbo
habebat: ita panem Eucharistiae in diuinam virtutē transf.
ire, & Christi corpus fieri: non *quod comes tūs & cibis effe-*
cūs eō progrediatur, ut verbi corpus fiat: sed quod statim in
corpus per verbum immutetur, iuxta illud quod dictum est à
Verbo, hoc est corpus meum. Alia igitur alimenti, alia panis
Eucharistici conuersio est & immutatio.

Extremorum verborum suntq; non duo, sed vnum idemq;
sensus est, panem & vinum, aqua permistum, non duo di-
uersa, sed vnum idemque Christi corpus esse. in corpus e-
nim & sanguinem Christi, hyperphysicè immutantur:
suntque non duo Christi corpora, sed vnum idemque:
quod iterum ex Nysseno confirmatur, qui scribit, vnum
idemque corpus, & hoc integrum permanens, esse, quod
multis fidelium millibus in toto terrarum orbe distribui-
tur. alioquin panis etiam & corporis, sacramenti & rei,
Sacramentalem vniōnem libenter concedimus. Quod si
tibi, Gregori, panis & corpus non duo, sed vnum sunt,
qua fronte geminum in Eucharistia cibum remanere
concessisti?

Sexti argumenti solutio vanissima est: quia vanissimus
panis ille commentitius.

Post hæc obiectionibus respondi: quas meas responsio-
nes iste velut argumenta percenset. respondi, Damasce-
num, cum panem typum esse negat, non omnem vniuer-
se typum aut figuram excludere: idque tum ex eo patere,
quod extremo capite ἀντίνυπον agnoscit: tum ex eo, quod
contra illos disputat, quin nihil præter figuram & virtutem

fol. 6.

quandam carnis, quos Paschasius etiam oppugnauit, in hoc tremendo mysterio dispensari docebant: tum ex eo, quod, ut probet panem ipsum Christi corpus esse, illa Seruatoris verba *nisi manduaueritis carnem filij hominis*, quae de spirituali mandatione loquuntur, arcessit: tum deinde ex eo, quod non dicit, in vel sub pane panisue specie corpus Christi esse, sed ipsum panem Christi corpus esse.

Ad primum iste, panem ob vim cumprimis nutrificantem *aventuram corporis Christi esse: futurorum panem & vi-*
num antitypa esse. Quocunque modo antitypa sint, satis
mihi est, ea antitypa esse: quo responsionis meae veritas
comprobatur, Damascenum non omnē vniuersē typum
profligasse.

Ad alterum quod attinet, assentitur: sed nos eiusdem generis esse calumniatur: quod absens duntaxat corpus, coque nihil nisi virtutem quandam & gratiam Spiritualem in hoc mysterio dispensari doceamus: quod nobis in mentem nunquam venit: ut ex antecedente disputatione liquet. Sicut neque Damasco in mentem unquam venit docere, panem Eucharistiae secundum substantiam naturam aliud nihil esse, quam ipsum Christi corpus.

cap. 4.
cap. 6.

De tertio ait, se libro primo docuisse, verba illa Seruatoris apud Iohannem ad Sacramentalem etiam, quae scilicet ore corporis fiat, mandationem attinere. Sed falsum est quod dicit: cum aliud nihil Patrum autoritate probarit, quam illa Christi verba ad Eucharistiam quoque pertinere: quod nos quidem nunquam inficias iuimus.

Ad extremū iterū suū illum coccyximū, quod panis secundū substantiam Christi corpus sit: qui quā verè ex ore Damasceni profectus esse dicatur, nemo non videt. Quare maneat, Damascenum in hac doctrina, quod quidē ad caput rei attinet, non dissidere ab antiquis Patribus: et si prius illis temporibus planior res fuit: quae, sicut cetera omnes, indies magis ac magis est implicata.

Reliquum est , vt ad Theophylactū veniamtis. sed antequam illius verba disceptemus, en ἀντίδωρον pro illa tua p. 212.
 Helena: quam tuas istas mearum rationum cauillationes, veluti pedissequas dominam, præcedere voluisti. Sic ex & cum Damasceno ratiocinor: Omne corpus, vnitum Deitati, diuersam à Deitate naturam obtinet: panis Eucharisticus corpus est vnitum Deitati: diuersam igitur à Deitate naturam obtinet: & ex cōsequēti naturā & substātia sua panis, nō Christi corpus, est. Vtraq; propositio Damasceni est. quare & quod efficitur. Maiorem autem falsam esse probabis: vbi hæc duo demonstrabis; alterum, illa Damasceni verba, *Deitati verò vnitum corpus &c.* ad Christi duntaxat corpus, quod è virgine sumptum est, attinere: alterum, non esse necesse, vt quæ coniunguntur, actu sint; quod pleno ore Thomas affirmauit. nam si quæ coniunguntur actu sunt: actu verò res est ob formam & natu-
ram suam: consequitur necessariò, omne corpus, quod cum alio coniungitur & coniunctum est, naturam suam, eamque ab alterius natura diuersam, retinere, & coniunctione illa nequaquam amittere.

Item, Damascenus, & omnes vniuersè Patres, gemini in Eucharistia cibum, & gemini cibi geminum effectum agnoscent: quorum alter animi, alter corporis est nutricatio: quare tum Damascenus, tum omnes vniuersè Patres naturam panis saluam & incolument remanere docent. ratio consecutionis est, quod sola accidentia vim nutritandi non habeant. Hic murus aheneus esto, Gregori, hic Rhodus, hic salta. Si monstrare firmis rationibus potes, mera nudaque panis & vni accidentia vim habere nutritiadi, quartò cōcoqui, in chylū & sanguinē immutari, substātia corporū apponi: fatebor, te subtili quoq; tuo Doctore subtiliorē esse. Hic respōsū exposco. aut solide responde: aut caluniari desine. Interim Patres omnes, etiam Theo-

3.p.S.q.73.

a. 2.

Theophylactus, mei sint: sicut antè valdè liberaliter, in alia causa, Tertullianum, Philosophos insuper, Aristotem, Commentatorem, mihi concessisti.

Sed paucis quoque Theophylactum audiamus. Quid Theophylactus? Negat panem Eucharisticum antitypon, & tantum antitypon, corporis Christi esse. panem ipsum Christi corpus esse ait: in corp^o immutari χ μετασυχείσθαι docet: carnem ob imbecillitatem nostram videri negat:

Speciem seu formam, $\tau\bar{\eta}\varepsilon\delta\sigma$, panis & vini seruari ait: in Matth. virtutem autē carnis & sanguinis $\mu\epsilon\tau\alpha\gamma\chi\epsilon\gamma\delta\tau\eta$: ac demū ita loquitur non enim dixit, hoc antitypon est, sed hoc meum corpus est. inexplicabili enim operatione transmutatur, $\mu\epsilon\tau\alpha\gamma\chi\epsilon\gamma\delta\tau\eta$, et si panis videatur. Cum enim infirmi simus, & cruda carnem edere non sustineamus, imprimis hominis carnem, idcirco panis quidem à nobis cernitur, reuera autem caro est.

Hæc illa sunt, ob quæ isti Theophylactum ad sua casta trahunt. Sed facile illis eripitur. Negat, panem tantum antitypon esse. fatetur ergo, panem antitypon esse: comedem scilicet sensu, quo Damascenus & antiqui Patres: quibus contradiceret: si panem sanctificatum antitypum esse prorsus inficiaretur. ait, panem ipsum Christi corpus & carnem esse. disparatorum igitur agnoscit attribucionem: quia tantum abest, ut secundum substantiam cum Christi corpus esse dicat: ut pronomine *hoc* panē, etiā post sanctificationem, demonstrari scribat. Sic enim in Marcum, τοῦτο εἶ τὸ σῶμά μας τότο, ὃ νῦν λαμβάνετε. καὶ τοὺς αὐτοὺς τοὺς κυριακὰ σώματα εἰσιν ὁ ἄρτος. Hoc, inquit, meum corpus est. quod est illud *hoc*? *hoc*, quod accipitis. quid illud est? panis, & quidem verus panis: quia panis non est antitypus corporis Domini. Quid clarius, quam pronomine *hoc*, etiam peracta sanctificatione, Theophylacto panem denotari? *hoc*, quod accipitis, corpus Christi est: quia panis non antitypus, sed corpus est. Cur illud sequitur?

tur? quia panis illud *hoc* est, quod accipitis. Nec est, cur nobis Gregorius accidentarium & commentitium illum suum panem h̄ic apponat: nisi prius vim nutricantem in accidentibus nobis demonstret: & vel in Theophylacto ostendat, cum meritis accidentibus nutricantem tribuere virtutem. Quare firma mea consecutio est: Theophylacto de vero pane(alium enim non agnouit) Christi corpus dicitur, & pronomine *hoc* verus panis, etiam peracta sanctificatione, denotatur: manet ergo, de sententia Theophylacti, substantia panis.

Curverò tu, Gregori, consequentiam negas? nōnne,
si devero pane, vt antè quoque scripsi, verum Christi cor-
pus prædicatur, panis reuera manet? & quam tu negatæ
consequentiae rationem adfert? *Contrarium* inquis sequi-
tur. qui hoc? Si enim inquis hic panis est ipsum corpus Domini,
& non tantum figura corporis Domini, ut Theophylactus testa-
tur: igitur secundum substantiam suam quidem non est panis:
panis enim non est corpus Christi. Quis autē sanus vñquā hāc
tuam tibi concedet consequentiam? quis item illud panis
non est corpus Christi? nōnne Theophylactus id pleno ore
affirmavit, cum dixit, *hoc quod accipitis, id quod panis est, cor-*
pus Christi est, non antitypus corporis? nōnne petra Christus
erat? & panis Eucharisticus corpus Christi non fuerit?

Sequitur conuersio, quam tribus vocibus Theophyla-
ctus exprimit: voce μεταβολῆς ἢ τῇ μεταβάλλεσσι: voce με-
ταποίησις ἢ τῇ μεταποιεῖσσι: voce μετατριχείωσις ἢ τῇ μετα-
τριχεῖσσι. quid hinc? nulla certè substancialis conuersio:
quia in virtutem duntaxat carnis & sanguinis, non autem *in Mare:*
in substancialias eorum, panem & vinum immutari scribit: c. 14.
quia Christum quoque manducatum in fideles μετατριχεί-
σσι docet. Sed negat, carnem ob imbecillitatem nostrā
videri, speciem & formam panis conseruari ait. Sed qua
consequentiae necessitate μετατριχείā hinc efficitur? per spe-

p. 25.

ciem & nō ēdōs panis & vini, verum terræ fructum, ad hāc
in Job. tr. speciem siue formam redactum, cum Augustino & cete-
26. Amb. ris Patribus intelligit, non nuda panis accidentia: quia
de initian. panem, non secundum substantiam, sed secundum vir-
cap. 9. de tūtēm tantūm, in virtutēm tantūm carnis, conuerti do-
conf. d. 2.
In Marc. cet immō verō speciem istam, quam Philanthropos ille
14. seruat, in virtutēm carnis conuerti ait. Transubstanti-
anturne species vestræ, Gregorii nihil igitur hæc Theophy-
lacti species ad vos. Hoc cùm ita sit, cumque Philanthro-
pos ille, qui nostræ se nouit accommodare infirmitati, nō
carnes, humanas præsertim, quas naturaliter auersamur,
apponere, sed nō ēdōs panis & vini, visitatum tetræ fructū,
voluerit conseruare, vt visitato rerum effectu, de vita &
ternæ effectu eruditremur, itaq; supra naturam colloca-
remur: mirū non est, si panis panis, nō caro, esse videatur:
tametsi caro quoq; sit, & in virtutēm carnis immutatus.

Quare nec illa Theophylacti verba, quæ primo aspectu
duriora videntur, quicquam nos lœdunt, cùm ita loqui.
In Matt. tur: Cum enim infirmi simus, & crudam carnem edere non su-
26. stineamus, imprimis hominis carnem: idcirco panis quidem
nobis cernitur, reuera autem caro est. His enim verbis aliud
in Marc. nihil vult, quām quod etiam illis vult, cùm ait, Cum enim
6. 14. panis quidem & vino assueverimus: sanguinem verō propositum
carnem q; videntes non ferremus, sed auersaremus: idcirco si
nobis attemperans humanissimus ille, speciem quidem panis &
vini seruat: in virtutēm autem carnis & sanguinis eam con-
vertit, μετασυντελοῦ. Per speciem, vt dictum est, verum &
essentiale panem intelligit: quia speciem, quam ob im-
becillitatem nostram seruari scribit, in virtutēm carnis
immutari docet. non igitur hic horum verborum sensus
est, quod substantia panis in substantiam carnis conuersa,
externa species ob imbecillitatem nostram seruetur, ne
carnem, quæ ἐπωδῶς sub specie sit, videamus: sed quod,
cum

cum omnino caro Christi, nisi extores ex regno calorū
est velimus, nobis sit manducanda, crudam vero carnem
& sanguinem, in primis humanum, si apponenterit, ex-
horresceremus: idcirco Deus consuetis & visitatis uti volu-
it, speciem panis & vini, hoc est, panem & vinum serua-
re, & ad hoc mysterium adhibere: sed non simplicem pa-
nem, & simplex vinum, sed in carnem & virtutem carnis
immutata; ut per visitata, & quæ secundum naturā sunt,
in ijs, quæ supra naturam sunt, collocaremur, & ex con-
suetu rerum effectu disceremus, spectabilibus Sacramen-
tis æternæ vitæ effectum inesse. Hoc est speciem seruare.
Quapropter idem illorum in Matthæum verborum sen-
sus est. Arcana Spiritus operatione panis & vinum immu-
tatur, ac lie et panis, puta, simplex, cernatur: reuera tamē
simplex panis non est, sed panis immutatus, & caro Ver-
bi effectus. Cum enim omnino Verbico caro nobis sit man-
ducanda: crudam vero carnem, in primis hominis, natu-
raliter exhorrescamus: idcirco panis quidem videtur, re-
uera autem caro est, hoc est, interprete Theophylacto, In Mar-
idcirco se se nobis attemperans ille Philanthropos, speci
em quidem panis & vini seruat, & ad hoc mysterium ad-
hibet: ast non nudam, sed in virtutem carnis immutatā.
illud igitur panis quidem cernitur, idem est cum co. speciem
quidem panis & vini seruat: illud autem caro est reuera, των
quidem cum isto in virtutem autem carnis conuertit.

Atque hanc Theophylacti mentem esse, Theophyla-
cumque nec μετσοιαν, nec ullam corpoream sub ele-
mentis praesentiā inuehere voluisse, perspicue liquet
ex illis, quæ in Iohannem scripta reliquit. Sic ibi inter
cetera: Cum enim corpori alimenti continenter meminissent, In cap. 6.
& in medium manna protulissent, monstrans illis, illa o-
mnia typos & umbram fuisse, hac autem, quæ modo ab i-
psō dicuntur, veritatem esse, huius causa hac dicit, &

spiritualia alimenta meminit. & mox: *Quis enim carnalis cum sit, spiritualis cibum suscipere potest, & panem qui de celo descendit, atque carnem que comeditur? & iterum: Vide autem insipientiam. debebant enim interrogare, & que ignorabant discere: illi vero resiliunt, & nihil spiritualiter excipiunt: sed omnia iuxta id quod praeferunt. nam quia carnem audierant, putabant, quod se carnis & sanguinis deorum adoratores fieri cogeret: nos vero, qui spiritualiter intelligimus, nequaquam carnis sumus deorum adoratores, &c. & sic passim docet, carnem scilicet & corpus Domini, quae promiscue usurpat, non corporeum, sed spirituale cibum esse, a spirituali, non carnali, manducari: eoque Spiritus & interioris hominis, non carnis & exterioris, cibum esse: mente, non ventre, contingi. Neque solum hoc, sed illud etiam, carnem, siue corpus & sanguinem Christi talem cibum ac potum esse, qui nunquam intereat, sed qui omnes, qui illius participes fiunt, ad vitam aeternam alat & foucat, aeternam eorum famem atque sitim extinguendo: qui denique faciat, ut omnes, qui cum edunt, in Domino maneant, & Dominus in illis. non enim nudi hominis inquit sed Dei, & diuinum efficere potis caro est: que comeditur, quippe Deitatis coniuncta. hæc enim verè cibus est: eo quod non ad exiguum tempus durat, ut fluxus iste cibus, sed vitam aeternam procurat, & que sequuntur. Et mox: *Hinc mysterium communio nisi discimus. nam qui carnem & sanguinem Domini manducat & bibit, is in ipso Domino manet, & Dominus in eo.* Absolutè pronunciat, quicunque Domini carnem manducat, non qui hoc, vel illo modo, dignè, vel indignè, sed quicunque Domini carnem manducat, cum in Domino manere, semperque mansurum: quia caro Domini, desentia Theophylacti, talis cibus est, qui ad vitam aeternam, non ad mortem & interitum, nutrit. Manent ne vero omnes in Domino, qui, vestra opinione, Gregori, carnem*

carnem Domini manducant? Et te non pudet, Theophylactum, ut μεσοῖας patronum, traducere?

Sed inquis, nihil aliud his sententij vult Theophylactus, quā quod spiritualiter quidem non manducatur corpus ipsum Christi, nisi à Spirituali: itemque minimè corpus Christi sic manducari quomodo carnes aliae ad nutrimentum corporis manducantur, quæ scilicet lacerantur in propria specie &c. Nihilominus tamen verè ipsum corpus Christi sumitur sub aliena specie in sacramento, ut si suscipiens dignus sit, pascatur eius animus à Christo spiritualiter, sine uilla corporis Christi corruptuone &c.

Immò verò, Gregori, aliud longè vult Theophylactus. primò enim geminam ipsius corporis & carnis Christi, in se consideratæ, manducationem non agnouit: sed vnicū, eumque Spiritualem, & tantum Spiritualem, cibū eam esse docet: deinde simpliciter & absolutè sine conditione dignitatis, pleno ore ex Domino pronunciat, quicunq; carnem Domini manducat, eum in Domino manere: propterea quòd caro Domini talis cibus sit, quo omnes qui illius participes fiunt, ad æternam vitam nutriantur: denique per speciem non vestram illam & alienam speciem, sed verum terre fructum, intelligit: vt ex illius verbis abundè demōstraui. Manet ergo Theophylactus quoque meus: & cum eo omnes, qui retrò fuerunt, Patres Orthodoxi. Atque hæc de prima antecedentis ratione.

Sequuntur ceteræ: quas breuiter percurri: quia respōsionem nullam merebantur. Sed queritur iste, me nullū argumentum ex illis fideliter retulisse. Sanè nullum argumentum retuli: quia nullum argumentum inter illa repeti, confutavi autem fideliter & solidè futilissimas istius nugas. Sed & hæc isti larua detrahatur.

Conatus est septimi & postremi argumenti antecedēs, Patres scilicet communi consensione docere, Christum verbis illis hoc est corpus, non figuram, sed rem ipsam, cor-

pus suum & sanguinem, sub pane & vino demonstrasse, septem ratiunculis confirmare. Prima expedita est: altera sequitur, cuius summa huc redit: Patres fidem huic mysterio conciliantes magnam orationis contentionem &

*Homil. 5.**de Pasch.**Catech.**mystag. 4.**homil. 83.**in Matth.**De ijs qui**init. cap. 9.**lib. 4. cap.**14. in Ioh.**tract. 27.**De doct,**Chr. cap.**15. &c. 16.**cap. 10.**p. 70.*

vim argumentorum adhibent, ut liquet ex Emisseno, Cyriollo Hierosolymitano, Chrysostomo, Ambrosio, Damasceno, Augustino. Quid sequitur Gregorii num illud Christum, eorum sententia, corpus & sanguinem sub panne & vino demonstrasse, quod probandum tibi erat? an non igitur argumentum hoc est, sed paralogismus infinitissimus & futilellus.

Miratus autem sum impudentiam istorum, quod eos non pudet, Augustinum in perditae sue causae patrocinium aduocare: quo vis hostem habent magis capitalem. Nam si aliud nihil scripsisset, hoc unum ad hydram istam plane conficiendam sufficeret, quod manducare carnem filii hominis, figuratam locutionem esse docet: idque nefariter, homicidio crudelius, committatur.

Sed negat iste Gregorius, hunc Augustini locum quicquam nobis patrocinari: idque libro primo se conuicisse iactat. videamus quid conuicerit. Observationes sue regulas septem ibi praescribit: quibus omnia Patrum testimonia se eludere posse putat: è quibus altera haec est Quod docunque Patres videntur aliquid ipso modo dicendi detrahere de veritate & proprietate presentiae, aut etiam sumptionis corporis & sanguinis Christi in hoc Sacramento: id totum non ad ipsam presentiam aut sumptionem referri debet, sed ad modum sumptionis vel presentiae: nempe ut intelligamus, non esse hic aut sumi corpus & sanguinem Christi naturali & ordinario modo, quem aliqui verbum est aut manducatur aut bibitur significat: sed alio plane extraordinario & miraculo: qui sunt

sane si ad usitatum significandi modum istorum verborum esse, manducare, bibere spectemus, non nisi metaphorice & impropriè per ipsa verba significatur.

Quid vero, Gregori, si quis hasce tuas obseruationes & theses tibi neget? qui illas probabis? Quod ad secundam istam attinet, concedo, Patres de veritate tum præsentiae, tum sumptionis, illius scilicet præsentiae & sumptionis, qua corpus Christi præfens est & sumitur, nihil de trahere velle, sed tropum atque figuram in modo præsentiae sumptionisque, vel potius in modo, quo panis Christi corpus est & à nobis manducatur, collocare: tropum tamen & figuram veram atque realem, non quæ in cogitatione duntaxat & comparatione consistat, siue, ut tu loqueris, qui *sane si ad usitatum significandi modum istorum verborum esse, manducare, bibere spectemus, non nisi metaphorice & impropriè per ista verba significatur.* Hoc enim quod dico velilla Augustini verba quæ modo disceptamus, satis demonstrant. Sic enim scribit. *Nisi manduca-* de doct. Ch. *ueritis carnem filij hominis, & sanguinem liberitis, non habe-* lib. 3. ca. 16. *bitis vitam in vobis. facinus vel flagitium videtur iubere. fi-* gura est ergo, precipiens, passioni Domini esse communicandum, & suauiter atque utiliter recordendum in memoria, quod pro nobis caro eius crucifixa & vulnerata sit. Non, inquit, sane si ad usitatum huius vocabuli manducare modum spectemus, figura est: sed figura est absolute: manducareque carnem Christi figurata locutio: quod alioquin facinus iuberetur: cum crudelius sit humanam carnem edere quam perimere. Si igitur in illis Christi verbis figura est, ne facinus committatur, quæ nam quæso illa figura est, Augustine, & quis ille manducandi modus? Si, inquit, passioni cōmunicetur, & suauiter atq; utiliter in memoria recordatur, & pro nobis caro eius crucifixa sit & vulnerata;

quod:

quod quid aliud est, quam carnem Christi non corporis sed cordis fidelis palato manducari? ubi hic illius manducationis mentio, quæ sub aliena specie fit, ore corporis? num quod ore corporis suscipitur & absumitur, ut ut subtili modo absumatur, impropriè & metaphoricè cōditur? Si igitur sicut verbum *manducare*, sic etiam verbum est, ut fatetur iste, metaphorice & impropriè, eoq; verè figuratè & impropriè, ut de verbo *manducare* ex Augustino conuicimus, accipitur: efficitur, panem seu id quod pronomine *hoc* demonstratur, non propriè, sed impropriè & figuratè, Christi corpus esse: quod quo pacto cum crassa illa præsentia consistat, viderit prouidus iste Gregorius.

lib. 2. cont. aduers. le-
gisc. 9. Quare nec illud istum quicquam inuitat quod Augustinus alicubi scribit, carnem & sanguinem Christi fideli corde & ore suscipi. Præterquam enim quod Augustinus ibi de utriusque hominis, exterioris & interioris, cibo loquitur: quorum alter, qui Christi corpus est, ab interiori, corde fidei, alter, qui sanctus panis est, ab exteriori, ore percipitur: etiam hinc perspicuum est, eum ipsius carnis manducationem non ori, sed cordi duntaxat fidei, tribuisse: quia panis & quod pronomine *hoc* demonstratur, non propriè sed impropriè Christi corpus est.

Tertiam antecedentis rationem Gregorius hisce verbis proposuit. Neque sanè Patres in ipsis & alijs locis usque ad mirabile mysterium hoc esse censuerint, nisi pro certo habuerint corporis & sanguinis Christi præsentiam. Ad hoc nihil ego scorsum: tum quia præsentiam corporis Christi non inficiamur; tum quia cum antecedente cauillatione cohæret & ruit: tum quia de huius mysterij admirabilitate fatis antè dictum est: tum denique quod ad antecedentis confirmationem nihil planè facit.

Quarta ratio nihilo melior est. Patres, inquit iste, ele-

gantissi-

gantissimis quibusdam annotationibus & amplificatiōnibus, argutisque locutionibus in hoc mysterio commēdando vtuntur, vt liquet ex Augustino & Chrysostomo: ergo corpus & sanguinē Christi recipia, non in figura duntaxat & symbolo, hīc adesse statuunt. Sicut antecedens, quod probandum erat, hoc argumento non confirmatur: ita præsentia quidem corporis Christi euincitur, sed nō præsentia corporea. Nam quòd Augustinus Christum suis sese manibus portasse scribit, nequaquam vult, Christum sub externa illa specie, quam manibus tenuit, ἐσιώδες καὶ σωματικὸς latitasse: ita, vt quod ferebatur idem quā ad substantiam, corpus fuerit: sed sanctū Christum panem, qui corpus eius erat Sacramentaliter, manibus suis tulisse: quia *quodam modo* Christum seipsum gestasse dicit: sicut panis Christi corpus est *quodam modo*.

Hic iste, callidè me huius interpretationis confutationem dissimulasse dicit. Cedò bellam istam confutationem. Augustinus rem istam, vt suis met manibus aliquis gestetur, rem valde singularem & arduam esse censet, quæ à mero homine fieri nequeat: ergo de sententia Augustini, Christus corpus suum reuera portauit, & non solùm sui corporis signum. ratio consecutionis, quia signum & imaginem sui quilibet homo sine difficultate ferre potest. Concedo totum. verè corpus suum gestauit: quia Sacramentum corporis seu panem sanctum, qui verè Christi corpus est, verè gestauit. Sed nōne quilibet, inquires, homo signum & imaginem sui manibus gestare potest? sed nemo, præter Christum, sui corporis Sacramentum. Alia Sacramenti, alia communis signi ratio est. Communis enim imago res ipsa non est: neque rem ipsam offert & exhibet: Sacramentū autem corporis, corpus & noua via corporis est, illud que singulis & cunctis offert & exhibet: et si non omnes id recipient, manibus & ore quo recipiuntur, destituti.

Quare neque tua te iuuat deprauatio, qua illud Aug^{stini quodammodo}, quo seipsum interpretatur, deprauare conaris. Absolutè, inquis, ait, Christum se portasse. Sed mox interpretationem subiicit, Christum non simpliciter & quo quis, sed quodam duntaxat modo se gestasse: quod nunquam certè fecisset; si Christum seipsum corpus ue suum verum & substantiale, quā tale est, manibus tulisse credidisset. Sed seipsum quodam modo portasse dicit: quod non in propria, sed aliena specie, se portarit. nug^z Gregori. ad ipsum corpus, non ad velum quod attinet, Christum seipsum quodam modo gestasse dicit. Sic ut enim & quia panis Christi corpus est quodam modo: sic & idcirco etiam seipsum quodam modo gestauit: quia sanctum panem manibus gestauit.

de consecr. Sed cur tu, Gregori, callidè dissimulasti, quod ex vestra *d.2.* glossa de pane scripsi, eū Christi corpus esse *quodammodo?* *in Matt.* De Chrysostomo satis antè responsum. alit nos Chri*hom. 83.* hom. 2. ad flos sua carne: proprio nos crux pascit: carnem, non *popul.* An melotem, nobis dimisit. Sed hinc nequaquam sequitur, *tioch.* veram illius carnem verumque sanguinem ore corporis sumi. Quod Christum videri, tangi, carnique illius dentes infigi, scribit, id Sacramentaliter scribit: quia Sacramen*In Iohan.* tum carnis videtur, tangitur, dentibus atteritur: & Sacra*hom. 45.* mentū non absentis, sed præsentis, Christi, eo quidē modo præsentis, quo se præsentē fore pollicitus est. Atq; hic de mū verè Sacramentaliter loquitur, qui vel rei nomē signo & Sacramento tribuit, vel quod in signo & Sacramēto sit, rei signatae: quia Sacramentū ipsa res est cuius Sacramentū est: ille verò nequaquam, qui rem tangidicit, eò quod velū & integumentū illius tangitur. Nam si maximē sub panis accidentibus Christi corpus suā substantiā latitatet: neq; Sacramentalis tamē neq; vera locutio esset, si ipsummet corpus tangi hæcerarique diceretur, cō quōd acciden*tia*

CAPVT QVARTVM.

171

tia illa tangerentur: sicut in rei veritate res illa non tangitur, aut laceratur, cuius integumentum duntaxat tangitur aut laceratur. Ut ergo non solum Sacramentaliter, sed etiam in verè, ipsum Christi corpus tangi, dentibus atteri, lacerari è dicatur, non satis est, vt panis accidentibus intimè coniunctū sit, sicut coniuncta suis accidentibus ea substantia esse solet, quæ dentibus laceratur, sed vt id, quod laceratur, ipsum Christi corpus sit: quod cum de nudis accidentibus dici non possit, falsum est, Christi corpus tangi, lacerari; eò quod panis accidentia tanguntur, lacerantur. Nonne vero si sic intimè panis accidentibus coniunctum est Christi corpus, sicut illis coniuncta est substantia panis, re ipsa & in se laceratur, sicut panis substantia in se laceratur? non afficitur, inquires, panis accidentibus. Sed cur non afficitur? aut quis credat, illud non lacerari & frangi, si locū substantiæ panis, quæ lacerari solet, tenet? De epistola ad Cæsarium Monachum capite sequenti.

*ad argum.
t.
hom. 83. in
Matth. ad
Heb. q. a*

Quinta antecedentis ratio fuit, Patres, veluti Chrysostomus & Hieronymus, affirmant, Christum in postrema Coena edisse in Sacramento suum corpus, & bibisse suum sanguinem: ergo subspecie re ipsa & corporeo modo presentia sunt corpus & sanguis Iesu Christi. Ratio consecrationis, quia per corpus non gratia, quæ de novo Christo accesserit, intelligi potest, sed ipsum Christi corpus. Vanum antecedens est: vana consecutio: vana consecutionis ratio. Coniuam Christum fuisse, ex poculo bibisse, primum id fecisse, quod discipuli fecerūt, Hieronymus & Chrysostomus scribunt: suū vero corpus & sanguinem Christum in Sacramento edisse & bibisse, id non scribunt. Sed demus antecedēs: Vana tamē consecutio est: quia per corpus quod comedit, non ipsummet Christi corpus, quippe quod ad mensam accumbebat, sed Sacramentum corporis, panis sanctus, intelligitur: qui Christi corpus

est quodammodo. Sicut enim se gestauit quodammodo: ita quoque se comedit quodammodo. Quemadmodum ergo manducando & bibendo nouam gratiam non est consecutus: ita quoque suum ipsius esse entale corpus ore corporis nequaquam manducauit: sed sanctum duntaxat panem, illius Sacramentum. Quanta enim quæso crudelitas & immanitas fuerit, humanam, & quidem suam ipsius carnem ore corporis deuorare? Contrarium ergo sequitur, esse entale Christi corpus sub elemento nequaquam latitare: quod alioquin immanissimum facinus Christus com misisset: tantò ceteris crudelius & immanius, quantò suam ipsius carnem ore deuorare crudelius est & immanius quam alterius hominis carnem.

Sed ex fine, inquis, ob quem Patres Christum id fecisse dicunt, liquet, Christum suum ipsius corpus ore comedisse. Cedo finem. Chrysostomus, inquis, ita scribit, *ne turbarentur discipuli, ipse primus suum sanguinem bibit. Vbi vero hæc verba in Chrysostomo?* Si vir bonus es, hæc in Chrysostomo verba monstrato. Ita Chrysostomus: *Ipse quoque bilit ex eo, ex poculo, ne auditis verbis illis, dicentem, cur ergo sanguinem bibimus & carnem edimus?* ac ideo turbarentur: siquidem & cum ante de his verba fecerat, multi solum propter verba offensi sunt. ne tunc igitur etiam id accideret, ipse primus hoc fecit: ut animo tranquillo ad mysteriorum communicacionem eos prouocaret. Vbi hic mentio sanguinis, quod suum ipsius sanguinē biberit? Sed discipuli sanguinē biberunt: quare & Christus. Sacramentaliter, Gregori, non essentialiter. falsum tamen nihilo secius, Chrysostomum ita vt inquis, scribere, *ipse primus suum sanguinem bibit.* Sed tamen, inquis, manet, Christum hoc fine edisse & bibisse, ne discipuli turbarentur. Ast hinc non efficitur, Christum σωμάτως καὶ σωματικῶς sub eo, quod edit & bibit, latifasse. Verum, inquis, si Christus signum duntaxat sui corporis

poris & sanguinis à discipulis sumi voluit, timendum nō erat, ne sumendo turbarentur, ni primus Christus sumeret. Vnde verò id nosti? quia signum corporis & sanguinis accipere, res, inquis, ardua non est. qui sic? an eiusmodi signum, quod rei nomine honoratur, & res ipsa, crucifixum Christi corpus est, accipere, res exigua tibi est? mitto, quod potiores cur id Christus fecerit fines & causæ sunt: de quibus priori Scripto.

Sexta ratio, qua suum antecedens iste confirmare nititur, hæc fuit. *Iam verò cum affirmant Patres, Christum sese in pane & vino incruentè sacrificauisse, certè vane atq[ue] futilliter id affirmant, si non ipsum victimam fuisse, quæ tunc præsens in pane & vino sacrificaretur, existimauerunt.* Antecedens falsum est. In Eucharistia leipsum obtulisse & offerri Christum Patres dicunt, non in pane: quia panis Eucharisticus, qui Christi corpus est, oblatus est & offertur: vt in primis perspicuum est ex Irenæo. *At nos inquis modum illum Sacramentalem, quo Patres assérunt, Christum sese patri obtulisse, tales esse probamus, ut reuera Christus se in ipso Sacramento existentem obtulerit.* Quo verò quæso modo probatis, Christum corporeo modo in Sacramento præsentem esse? num id te probasse putas, si dicas, victimam & sacrificium rem aliquam præsentem esse debere? num sanctus panis, qui offertur & Christi corpus est, absens est? Semel Christus mortuus est: semel mactatus, fractus, oblatus: non moritur, non frangitur, non mactatur, non offertur, amplius in se. memoriam & recordationem semel in cruce peracti sacrificij, teste Chrysostomo, operatur. nihil secius Christi corpus frangi, offerri, rectè dicitur: quia panis, qui frangitur, offertur, Christi corpus est: eodem planè modo, quo incruentum hoc sacrificium, illud cruentum est.

Septima & postrema antecedentis illius ratio fuit: Pa-

tres Christum in Eucharistia, vel Eucharistiam, adorari iubent: præsentē itaque Christum in Eucharistia esse sentiunt. Falsum est antecedens, Patres velle, ipsam Eucharistiam, seu panem Eucharisticum, adorandum esse. quo enim id quæso modo vellent, aut dicerent, cùm idolola-

*lib. 1. cap. tria ista post Lateranense demū concilium, quod tute fa-
6. pag. 40. teris, coepit? alioquin, vt millies diximus, præsentissimū*

*Christū in Eucharistia agnoscimus. quin in pane quoq; præ-
sentē fateri non reformidamus, eo sc. modo, quo in verbo
præsens est: quia panis sanctus nō aliter cōtinet quod cōti-
net, quām vi verbi, & quā ipse quoq; verbum quoddam est.*

*lib. 1. cap. Sed Augustini, Ambrosij, Chrysostomi, Cyrilli Hiero-
6. pag. 37. solymitani, quibus ego quintū, Theodoritum, adiecerim,
antecedens illud tuū te confirmasse dicis. Videamus quid*

*Epiſt. 118. confimāris. Sic Augustinus Contemnum solum nō vult cibis
ad Ian. ille, sicut manna fastidium. inde enim & Apostolus indignè
cap. 3. dicit acceptum ab eis, qui non discernebant à ceteris cibus ven-
in ps. 30. ratione singulariter debita. Item, Caro Christi ex terra est
& nemo eam manducat, nisi prius adoret. Idem Ambrosius.*

*lib. 3. de SS. cap. 12. quod enim ex Augustino in 21. psal. citas, id nihil proſus
ad rem. Quid hinc, Gregori? num effici putas, Eucha-
ristiam, hoc est, ipsummet panem, ob Christi corpus
ibi latitans, de sententia horum duorum Patrum, ado-
randum esse? nihil minus. aliud veneratio, qua san-
ctus ille cibus sumendus est, & quæ huic cibo singulari-
ter debetur, aliud adoratio est: aliud, adorare priu-
quām manduces: aliud, ipsummet panem adorare. Qua-
re nihil tua te iuuat obſeruatio. Augustinus enim san-
ctum hunc cibum indignè acceptum ab illis cum Apo-
stolo dicit, qui cibum hunc à ceteris cibis non discrimina-
runt, idq; veneratione singulariter debita: per quam aliud
nihil intelligit, quām quod cum reuerentia, & alia lon-
gēratione, ad hunc cibū accedendum sit, quām ad cibum
com-*

communem. Quid verò Chrysostomus? mintus etiam,
 quām Ambrosius & Augustinus: Mágos & barbaros Chri-
 sti corpus in p̄sepi adorasse dicit. Quid hoc ad panis Eu-
 charistici adorationem? Quid quod non ad adorandum,
 sed ad reverentiam & pietatem illorum exemplo nos ad-
 hortatur? Quod se ex quodam audiuisse scribit, qui hoc
 ipsum ex alio habebat, altare, tremendi illius mysterij tē-
 pore, angelorū multitudine, vestes fulgentes induitorū, &
 capita veluti milites regi, inclinātium, circūfusum fuisse:
 id quoq; nihil minus quā panis adorationē euincit. Chri-
 stus enim est, qui hoc magnū Sacramētum cōficit & dis-
 tribuit: ipse cibus, cōuiua, & hospes: cui quid mirum si o-
 mne genu flectatur? Quid deniq; Cyrillus Hierosolymita-
 nus? Quid Nazianenus? accede inquit ille *ad calicē sanguini* illius pronus, adorationis in modū: hic autē *ad altare cū fide* orat de So-
 procubit, cum qui super illud colitur obtestans. hoccine est ror. Georg.
 panem Eucharisticum vel arcanū in eo corpus adorare?
 Sed Theodoritus symbola adorari scribit. sed quomodo? *Dialog. 2.*
 num quod in illis substātia corporis Christi latitet, & in lo-
 cum substātiæ panis successerit? quo ergo modo ibidem
 negat mystica symbola propriam & priorem naturā atq;
 substātiā amittere? de sapientissimo tuo pharmaco
 paulò post. Cum ergo nō substancialiter corpus & sanguis
 Christi sint: corporibus quidē ad symbola cōuersis ado-
 rabant: menteverò nō ad externa Symbola, sed ad ipsum
 Christi corpus sursum cōuersa: quo tum mysticis symbo-
 lis, tum etiā clara præconis voce *sursum corda*, vocabātur.
 hoc verò quid ad panis adorationem? Quā bellè itaq; Pa-
 trum autoritatibus demōstraris, corpus Christi in Eucha-
 ristia adorari, eò quod sub aspectibili specie essentialiter
 præsens sit, ex his liquere potest. Quod scribis, nos dicere,
 Christū à veteri Ecclesia in symbolis adoratū fuisse, adora-
 tione solitū, id ego nūquā dixi, in mysterijs & hoc tremēdo
 myste-

in 1. Cor.
Hom. 24.

lib. 6. de
Sacerd.

Myst. 3.

orat. de So-

r. Georg.

Dialog. 2.

mysterio adoratum esse dixi & dico: Sed mente non ad symbolū, sed ad ipsum Christi corpus sursum, conuersa. Sed etiam in quauis coena vulgari hoc pacto adoratur. Sed non eodem fine, nec eandem ob causam: quod corpora nostra pauerit, non autem, quod corpus & animam fracto suo corpore ab interitu vindicavit.

Ac quia obiter quoque mentionem feci execrandi illius *Bdeλύγματος*, fulgentium illarum ædicularum, ad quas isti prostrati adorat, querit iste, vnde norim, veterem Ecclesiam ad eas non adorasse. Vnde verò id nossem, Gregori? nonne ex eo, quod eas non habebat? Sed afferuari solitum est olim hoc Sacramentum. Sed non in eiusmodi in choro templi, ad idololatricam adorationem construatis, ædicularis. Num verò quia afferuatum est & despiciunt non habitum, in eo loco vbi afferuatum est, adoratum est? qua id ratione efficitur? Vbicunque Sacramentum est, ibi, de sententia Patrum, Christus est adorandus, & ab illis adoratus: Sacramentum olim afferuatum fuit rego ibi, vbi afferuabatur, adorandum & adoratum. Vel homonymia sophisma, vel falsa maior est. Vera est, si Sacramentum in ea pro toto illo tremendo mysterio, protota Eucharistia, in qua vetus Ecclesia adorabat, non autem pro externo signo, quod fit in minore, sumatur: ut sensus sit, vbicunque Eucharistia celebratur, ibi Christum adorandum, & adoratum ab Ecclesia veteri fuisse. Sic autem argumentum quatuor terminis constat. Quodsi vox Sacramenti in maiori quoque pro externo signo sumitur, falsa est: quia non in signo, sed in Eucharistia, non aliquid in signo, sed Christum sursum adorabat. Quem ad modum ergo non sub dio afferuabatur: ita non in ædicularis ad summum altare fictis, afferuabatur: & sicut verum est, afferuatum fuisse: ita falsum est, vbi afferuatum est, etiam adoratum esse. An igitur adoratio illa vestra hæretica sit nec

nec ne iudicent quibus datum est iudicare. Caluinum
nunquam adorauit qui melius quam vos noui, solū De-
um adorandum esse. De Augustino & Theodoreto sat-
dictum. Neuter Christi corpus sub nudis speciebus sua sub-
stantia constituit: ut vel ex illis ipsis Augustini verbis per-
spicuum est, quibus ait, Dominum negasse, id, quod vi-
detur, corpus manducandum esse: Sacramentum com-
mendatum esse, quod spiritualiter sit intelligendū: quod
aliud nihil est, quam corpus Christi, non ut corpus, sed ut
traditum corpus, in Eucharistia manducari, non corpo-
reum, sed Spirituale cibum, Spiritus, non corporis ore
manducandum esse: eoque sub clemento nec esse, nec
adorari.

Ad extreum queribundus iste Gregorius, qui victo-
tiam in impudentia & improbis querimonijs posuit, ite-
rum queritur, responsionem suam neque confutatam es-
se, nec ut intelligi possit commemoratam forsan metuit,
ut scriptum suum vsquam inueniatur. Sed quæ quæso il-
la tua responsio est, Gregori? Hoc nobis argumentum p. 80.
affinxisti: *Ipse Christus se mundum hunc relinquere testatus*
*est, negavit se fore, ut nobiscum ipsum presentem in Sacra-
mento haberemus.* Hoc posterius nostrum non est. hoc autem
ex abitu Christi & ceteris id generis concludimus, eum
vero suo corpore, iam in cælo, non in terra, vel terrestri-
bus elementis, esse. Quid tu? ordinario, inquis, modo,
hoc est, aspectabiliter & extra Sacramentum in Mundo
non est. Sed nec villo corporeo modo in Mundo vel ele-
mentis est. *nowavīσεi* vero suo corpore in Eucharistia præ-
sto est: quæ, Augustino teste, vera præsentia causa est. *De verbo*
nōne satis his tua responsio profligata est? Cur verò tu Dom. serm.
nihil ad hæc? nihil præter errores inculcas. Simpliciter, 18.
inquis, Mundum se relictum dixit: etsi Mundum sim-
pliciter non reliquit. Ecquis præter te id unquam dixit?

corporeo se modo Mundum relictum dixit, & reliquit.
Tu, si potes, contrarium ostende. de ceteris non labore,
& sat priori Scripto responsum.

An tu verò nescis, quid de Cameracensi illo Cardinale, Petro de Alliaco, scripsierim, & cur scripsierim ad mo-
ue tua perspicilla: & vtrumque videbis. scripsi, cum ex
μελεσία των σοιων nobis genuisse: que deinde *την Εκκλησίαν νό-*
βις πέπεριτ: vt vtraque, *των σοιων και την Εκκλησίαν εστρατείας*
συμβολες sit atque progenies. qua itaque fronte scribis,
eum præsentia Christi in Sacramento, & *μελεσίας* auto-
rem, à me constituitur. Inspiciatur Scriptum meum. verba
plana sunt. Apparet liquidò, vanissimum esse quicquid
ad causæ suæ præsidium Gregorius iste conquisiuit. Super-
est, vt argumenta nostra vindicemus.

CAPUT QVINTVM.

Argumenta illa vindicans, quæ pro vera Christi in Eucharistia præsentia, contra idololatricam præsentiam allata sunt.

Christum vero suo corpore neque sub pane & vino
neque sub eorum speciebus, corporeo modo esse, &
nihilosecius verum & fractum Christi corpus, non virtu-
tem duntaxat corporis, in tremendo Cœnæ mysterio, ve-
rè percipi, quinque firmissimis argumentis demonstra-
ui: quorum primum, ex verbis Institutionis dictum,
hoc erat. *Si de vero pane verum Christi corpus predicitur*
(Sanguinis & vini eadem ratio) aetum est de transubstanti-
atione & consubstantiatione: sed verum prius: verum igitur
& posterius.

Minorem Gregorius inficiatur: causam assignat, quod
in pane illo, quem Christus in manus sumsit, hæc quinq;
consi-

considerari possint: singulatis & indiuidua substantiæ panis ratio, hoc est, quod res & substantia sit singularis: ratio speciei, communis natura panis: ratio generis, quod corpus sit, & quidem corpus non viuum: communis substantiæ ratio, quod non solum corpus seu corpora, sed absolutè, substantia sit: ratio denique substantiæ vagæ, qua substantia illa, quæ panis accidentibus continebatur, promiscue modo panis, modo verum Christi corpus esse potuit. Cum ergo tot modis considerari panis possit: non est, inquit, necesse, ut Christus pronomine hoc id quod in manus sumsit, secundum quamlibet illius rationem, demonstrarit: sed satis est, ut illud demonstrat, secundum rationem aliquam, quæ & ipsa substancialis esset, & ad sensum pateret. *hanc autem rationem, inquit iterum iste, quia id demonstrauit, esse dicimus, non rationem aliquam propriam panis, sed rationem substantiæ, tum communem, tum etiam indiuiduam vagè &c.*

Quæ verò ista negantiæ ratio: fallum est, inquit iste, Christum corpus suum de pane prædicasse. quî sic? quia nos, inquit, rationem illam, qua Christus id quod in manus sumsit demonstrauit, non rationem aliquam propriam panis esse dicimus, sed rationem substantiæ, eāq; tum cōmunem, tū indiuiduam vagè: eò quod pluribus rationibus considerari quod demonstratum est potest. num verò tibi satis est dicere nos dicimus? quibus rationibus quod dicitis demonstratis? Concedo, panem Eucharisticum, & rem quamvis singularem, pluribus considerari rationibus posse: sed nego, vagū illud, quod comminiscimini, indiuiduum vel in pane Eucharistico, vel vlla alia re, locū habere causas præcedenti capite audiuisti. Act tametsi pluribus rationibus considerari res indiuidua & singularis potest: actu tamen singularis est & indiuidua, non communis & vniuersalis: & cùm pronomine hoc de-

monstratur, vt talis & actu est, demonstratur: nisi forte *καταχρησιῶς* pronomen illud usurpetur. an qui de te pronunciat, hic est, qui cum Fortunato infeliciter disputauit, substantiam absolutè demonstrat? putas ne quenquam mentis hominem tibi concessum, Christum, cum de pane, quem ex mensa sumserat, pronunciauit *hoc est corpus*, pronomine *hoc* substantiam communiter acceptā, etiam vt canis substantia est, demonstrasse? & quo quæso modo communis ista substantia ad sensum, vt tu loqueris, patet, sensuque percipitur? nōne generalis considerandi ratio, & quicquid vniuersale est, quā tale est, in mente duntaxat est?

Nec te iuuat quod dicas, non ita iam loquor de individuo vagè: siquidem aio, rem illam omnino, quæ continebatur in presentia sensib⁹ accidētibus panis, fuisse à Christo monstratum. Res illa, Gregori, singularis fuit & individua: non communis: multò minus communissima. Ast inquis singularis & individua fuit: ut tamen indifferenter potuerit esse tum panis, sicut initio Christi verborum fuit, tum etiam corpus Christi, sicut fuit in fine. Sed vnde probas, rem illam naturalē & substantiā aliud initio, aliud in fine pronunciationis fuisse? si maximè verum id esset: res tamen singularis in utroque termino fuisset, nō communis. nōne vero quod initio enunciationis subiectum est, etiam in fine subjectū est? num qui de te loquens dicit, hic est vir bonus, initio quidem enunciationis te, in fine verò alium intelligit: itaque non te, quod dicere velle videbatur, sed alium, vi rum bonum dicit? nōne ergo si initio enunciationis pronomine *hoc* verus panis demonstratus est, etiam in fine est demonstratus? & tu negabis, de vero pane verum Christi corpus enunciari? profer si potes, enunciata: quorum subiecta aliud initio enunciationis significant, aliud in fine:

Etsi verò vanissima sunt quæ adfert: non tamen te puderet, quid enim impudentiam puderet? scribere, clarissima institutionis verba, quibus minorem probauit, vanissimo tuo indiuiduo & tenebricofissimæ interpretationi suffragari. De herba, inquis, quæ in alieno horto nascitur, dicere solemus, hoc, seu hæc herba in meo quoque horto nascitur: ergò pronomen *hoc* non semper rem singularē & indiuiduam, vt talis est, sed sub ratione communi, significat. Concedo: sed id fit: cum vel pronomine *hoc* abutimur, & non rem ipsam, sed aliquid simile & eiusdem generis, siue speciei, demonstramus: vel nomen speciei aut generis ei adjicimus. num verò tale Christi enunciatum est? hiccine illius sensus, hoc, id est, eiusdem speciei panis meum corpus est? vbi verò in illo enunciato, hoc in meo quoque horto nascitur, vestrum indiuiduum? num subiectum aliud initio, aliud in fine est enunciationis?

Vere inquis & proprietas loquitur, qui ostendens corpus aliquod, dicit, hoc corpus conuenit essentialiter, in genere quodam, cum angelo, nempe in genere substantiae: & tamen illo pronomine hoc non demonstrat corpus secundum propriam rationem, sed secundum communem rationem substantiae, qua duntaxat est eiusdem generis cum angelo.

Sed quis inquam sane mentis id tibi concedet? Si enim de certo corpore dicit, hoc corpus: omnino corpus & indiuiduum illud demonstrat: et si modum & rationem explicet, qua illi cum angelo conuenit. Sed quid hoc ad vagum tuum indiuiduum? vbi alia & alia subiecti natura?

Non magis Aaronis virga tibi patrocinatur. De virga, inquis, illa, cum in colubrum conuertenda esset, dicero Moles potuit, hoc erit coluber. quid tum? ergò pronomine *hoc* non virgam secundum propriam rationem demonstrasset, sed solum secundum rationem communem substantiae, in manu Aaronis contentam. qui sic?

quia nūnquam virga, vt virga, futura fuit coluber. Sed virga vt virga, in colubrum convertenda fuit: vt quod ante actu virga erat, postea coluber actu esset: sicut ex aqua actu, vinum actu factum est Canæ. Quare si de aqua, nondum commutata, Christus dixisset, hoc erit vinum, verissimum dixisset: & pronomine *hoc* a quam, hydrijs illis contentam, demonstrasset. Quod si de conuersa iam aqua dixisset, hoc vinum est, verum quoque dixisset: & pronomine *hoc id*, quod hydrijs continebatur, demonstrasset. Si verò de aqua nondum conuersa dixisset *hoc*, & simul cum verbis conuersionem perfecisset, iudicatus fuisset: quod quia neque fecit, neque facere voluit, nec quicquam eiusmodi dixit, nihil etiam hoc tuum somnium causæ vestræ patiō cinatur.

Cùm ergò videret sollicitus iste Gregorius, periclitanti suæ interpretationi hoc pacto non succurri, alia via illi conatur subvenire. Ex modo, inquit, loquendi, quo Christus usus est, interpretatio illa confirmatur. Ecquis verò, Gregori, ille modus est? Christus, inquis, non dixit, *hic panis*, sed *hoc*. ergóne sequitur, non panem, vt panem, sed communem quandam pani cum Christi corpore substantiam demonstratam esse? qua id verò consecutione? nego pronomine *hoc* communem substantiam demonstrari: vel, vt omnem tuis cauillationibus ansam praecidam, nego, pronominibus istis *hic*, *hac*, *hoc*, ita communem substantiam demonstrari, quæ diuersissimis diuersorum generum & specierum rebus simul competit. contrarium, si potes, demonstra.

Sed inquis, *Si Christus corpus suum verum verè ac propriètatem illare prædicavit, quā accepit, & distribuit discipulis, minimè panem*

*Panem, ut panem, sed ut substantiam sub accidentibus panis contentam demonstrauit illo pronomine hoc: sed verum prius: verum igitur & posterius, &c. Falsissima minor est. eam neque probasti, neque probabis in æternum. aliud est, verum & proprium Christi corpus, non figuram aut signum, de pane dici: aliud illud propriæ de pane, qui pronomine *hoc* demonstratus est, dici: si-
cūt aliud est, singula enunciati verba, in se considera-
ta, propria esse, aliud enunciationem propriam esse.
quā m̄ verò tibi Damascenus faueat, dictum est antè.
Quare firmissima stat mea minor, Christum de vero
pane, quem ex mensa sustulerat, verum suum corpus
enunciaſe: quæ istius modi Sophistarum obstrepitacu-
lis, cuiusmodi Gregorius attulit, non solum non labe-
fadtatur, sed magis magisque confirmatur.*

Eandem minorem illis Lucæ verbis *hoc poculum nouum Testamentum est, & illis Apostoli panis quem frangimus, nonne novavia corporis Christi est?* confir-
mavi. Quid verò Gregorius? vt ostendat, præsidi-
um suæ causæ in impudentia consistere, negat, de ve-
ro pane *novavia* corporis prædicari. nonne verò qui
dicit, panis, quem frangimus, qui verus panis est,
novavia corporis est, de pane corporis *novavia* enun-
ciat? quid quoſo est apertissima inficiari, si hoc non
est? explicat inquis his verbis *Apostolus, cuiusmodi*
sit ille panis, quem sumimus: ac indicat, eiusmodi esse,
ut secundum substantiam quidem suam aliud non sit quam
corpus Christi, sub accidentibus fracti panis: ac proinde
ipso corpore Christi nos communicare, cum de eiusmodi pane
participamus.

Sed vnde quod dicas probas? commentitius
iste tu-

iste tuus panis est: commentitia tua *κοινωνία*. Apostolus *κοινωνίες* corporis de illo pane enunciat, qui à communione ad sacram transfertur: qui sanctificatur: qui non alienorum accidentium ratione habita, sed in se & quā ad substantiam, verè frangitur: ergo de vero & terreno pane *κοινωνίας* corporis enunciat. ratio consecutionis, quia panis ille, qui à communione vīsu ad sacram transfertur, qui sanctificatur, qui verè & in se frāgitur, nō ipsum Christi corpus est, cui hæc non competit, sed verus panis, verus terræ fructus. Antecedens probatur. Apostolus enim per fractionem non fractionem *κατά διαίρεσιν*, sed veram, inteligit, qua vera corporis in cruce fractio repräsentatur; quæ non repräsentaretur, si accidentia duntaxat frangerentur. Sicut enim accidentarius iste panis, ut post dicemus,

Argum. 4. Marcioniticum nobis corpus efficit: sic accidentaria ista fractio Marcioniticam, & quæ in opinione duntaxat consistit, corporis fractionem. Ac sicut de poculo differens, benedictionis & sanctificationis vocabulo vtitur: sic, eti de pane loquens fractionis voce contentus sit, simul tamen eā sanctificationem quoque complectitur, qua panis ad sanctum hunc vīsum accommodatur: quod non nisi de vero terræ fructu accipi potest.

κοινωνία verò corporis Christi, & *κοινωνίες* corporis Christi esse, seu *κοινωνία* cum Christi corpore habere, non esse, substantiā Christi corpus esse, & sub accidentibus essentialiter latitans Christi corpus participare, hinc perspicuum est. Quicunque *κοινωνία* cum Christi corpore habēt, illi vnum cum Christo corpus sunt: non omnes manducantes vnum cum Christo corpus sunt: non omnes ergo *κοινωνία* cum illius corpore habent. Quare, *κοινωνία* cum Christi corpore habere, non est, ipsummet Christi corpus sub accidentibus participare: nec, *κοινωνία* corporis Christi esse, est substantiā Christi corpus esse. Consecularium mani-

manifestum est, argumenti propositionibus concessis.
 Minor ergo tum in se, tum ex Apostolo, perspicua est.
 Et si enim dicit, omnes vnum eundemque panem parti-
 cipare: non tamen omnes, sed aliquos duntaxat, siue
 multos, vnum corpus esse dicit. Maior ex eodem liquet.
 Confirmaturus enim quod dixit, fractum panem corpo-
 ris esse communionem, causam hanc subiicit, quod mul-
 tivnum corpus simus: quasi dicat, panis *nostraria corporis*
 Christi est: quia medium est: quo multi nostrum vnum
 sub capite Christo, corpus sunt & fiunt. Sicut ergo, *nostraria*
corporis Christi esse, est, vnum cum eo corpus effice-
 re: ita *nostraria* cum Christo habere, est vnum cum eo cor-
 pus esse. Quare quicunque *nostraria* cum Christi corpore
 habent, iij vnum cum eo corpus sunt. Ac quia non simpli-
 citer dixit, panem *nostraria* esse, quod nos cum Christi
 corpore coniungat, sed quod nos in vnum corpus con-
 iungat, & vnum; non plura corpora, efficiat: pane Eu-
 charistico id declarat. Sicut enim panis, qui nos Christi
nostrares facit, unicus est: ita quoque vnum corpus mysti-
 cum multi sunt & fiunt. nec enim de varijs & diuersis, sed
 de uno eodemque, inquit, pane omnes accipimus.

Hic verò nobis obstrepit iste Gregorius, vnum hunc lib. 2. c. 6. p.
 panem non panem naturalem, sed ipsum Christi corpus ^{102.}
 esse. nisi enim inquit hic panis unicus sit ipsum Christi corpus,
 quod ubique percipitur vnum & idem: non participaremus
 omnes de unico pane, sed de alio atque alio: sicut in alijs atq[ue] alijs
 locis ad Eucharistiæ confectionem alius atque alius panis usur-
 patur.

Fruolum est quod obiicis. De Corinthiorum, ad quos
 epistolam scripsit, eoqué de vnica, non pluribus simul
 Ecclesijs, loquitur. In vna verò Ecclesia vnum panem
 oblatum, vnius panis fragmenta, idque ad mystici corpo-
 ris vnitatem indicandam, omnibus distributa esse, & hunc

Apostolicum ritum vsque ad cataclysmum in Veteri Ecclesia perpetuum fuisse, quis est qui ignoret? Quamuis etiam diuersi diuersarum Ecclesiarum panes vnicus dici possint, ob ynam eandemque sanctificationem. Idem ex illis liquet, quæ de veteris Testamenti sacrificijs Apostolus subiicit. Si fractus panis idcirco *noiavicia* corporis Christi est, quia corpus est substantiæ: etiam Veteris Testamenti sacrificia *noiavicia* altaris erant, quod substantiæ altare erant: sed falsum consequens: falsum igitur etiam antecedens. Ratio connexi est, quod sicut nos fractus panis corporis Christi & mensæ Domini participes facit: sicensus sacrificiorum Veteres illos altaris reddebat participes: eoq; sicut sacrificiavel eesus eorum altaris erat *noiavicia*. ita fractus panis corporis Christi mensaq; Domini est *noiavicia*. falsa ergo tua *noiavicia* est: falsus & commentitius tuus panis. manet firmum, de vero pane, qui naturâ panis sit, corporis *noiavicia* enunciari. ac qualis quæso hæc enunciatio fuerit, panis quem frangimus, hoc est, essentialis Christi corpus, quod sub fracti panis accidentibus est, *noiavicia* corporis Christi est?

Et quo modo tibi constas, Gregori, qui sola panis accidentia frangi cum tuis Magistris, quamuis de hac quolib. 4. d. 12. que re bellè inter se consentiant, doces: cùm hic, tui & Dionys. Carth. oblitus, scribis, corpus Christi sub accidentibus fracti panis esse? nonne inter accidentia & panem fractum discriminas? concedis ne tandem, ipsummet panem frangi? & de vero pane *noiavicia* enunciari negabis?

Poculi eadem ratio. per poculum enim, seu vinum in poculo, verum & essentialis vinum ab Euangeliſta significatur: quia verus & essentialis vitis fructus: vt id tuus Lucas, tum Matthæus, interpretatur, cùm subiicit, dico autem vobis, quod non amplius bibero ex hoc vitis fructu. Verus igitur & essentialis vitis fructus in poculo erat: de

de vero & essentiali vitiis fructu nouū Testamentum, siue sanguis noui Testamenti, quo nouum Testamentum confirmatum est, enunciatur. num verò sub ratione indiuidui vagi, & substantiæ communis, quæ modò vinum, mox sanguis Christi fuit? minimè nullum tale indiuidum. nihil tale pronomine hoc demonstratur: quod vniuersus, non diuersarum simul rerum, nota est. Demonstrabimur illo tuo herbaceo hoc, uno eodemque pronomine hoc vel hic, panem, seu verum terræ & vitiisfructum, & verum corpus, atque sanguinem humanum, diuersissimas diuersissimarum specierum res, demonstrari. hic, Gregori, te exerceto.

Eandem meam minorem, secundum Scripturas, Partium quoque testimentijs comprobauit. Gregorius verò negat, ullum ex ijs asserere, Christum de pane & vino, ut talia sunt, corpus & sanguinē suum enunciasse: & addit, *hoc ipso, quod absolutè afferunt, illum de pane suum corpus, aut de vino suum sanguinem, verè prædicasse, oportet intelligere, loqui eos de pane & vino, non ut de pane & vino, sed ut de substantijs contentis sub panis & vini accidentibus.*

Ecquè verò caula est, cur sic intelligere oporteat? alioquin inquis falsa prædicatio esset: ut iam probatum est. ubi vero id probasti? cedo probationem. num enunciatum, quod disparatis constat, falsum est? num falsum illud, Herodes est vulpes? itemque illud, Petra erat Christus? Quin immo, Gregori, cum Patres absolutè dicant, Christum de pane & vino corpus & sanguinem verè quidem, sed non propriè, enunciasse, intelligere nos volunt, cum de vero pane & vino, eoquè, quā talia sunt, Sacramentali enunciatione, corpus & sanguinem enunciasse. Sed forsitan adeò conspicilla tua perlucet, ut quod nos videre non possumus, bellum illud vestrum indiuiduum vagè, in Patribus conspexeris. Hoc si nobis in aliquo

monstraris: fatebor, eum tecum insanuisse: si monstrare non potes, fatetor tu, id illis ignotum fuisse: eoq; per panem non vestrum illum planetam, sed verum terræ frustum, Patres intellexisse. nonne Patres ad vnum omnes fatentur, panem, etiam post sanctificationem, vim & effectum suum naturalem retinere, ut corpora nostra consueto more nutriat, foueat, augeat? num illus visuquam id meritis accidentibus adscripsit? aut ergo demonstra, nuda panis accidentia vim nutricantem obtinere: aut fatetor, Patres per panem nutricantem, verum & essentialiem panem intellexisse.

Quare vana tua tergiuersatio est. *Tertullianus*, inquis *Cyprianus*, & *Cyrillus Alexandrinus*, significant quidem Christum de pane & vino dixisse, quod esset suum corpus & sanguis: at non de pane & vino, ut erant determinatè panis & vinum, sed ut erant illæ substantiæ contentæ sub accidentibus panis & vini. Quid ergò ceteri, quos citaui, Patres: panem scilicet Eucharisticum secundum substantiam quidem suam & aliud non esse, quam corpus Christi &c.

Vanissima hæc tua tergiuersatio est. Primo enim falsum est, Tertullianum, Cyprianum, Cyrillum Alexandrinum, velle, Christum non de pane & vino, ut talia, sed ut communes illæ substantiæ & vaga vestra indiuidea, aliud initio, aliud in fine, enunciationis erant, corpus & sanguinem suum enunciasse. falsum, inquam, hoc est, dum indiuideum istud vagum in his Patribus nobis monstrares. Falsum dein est quod dicis, ceteros, quos citaui, Patres alio sensu, quam hosce tres, panem, Christi corpus dicere. Num qui dicit, panis est corpus Christi, & non dicit, Christus panem corpus suum appellauit, diuersum ab isto dicit? nonne de pane Christi corpus enunciatur? nonne itaque docet, Christum de pane corpus suum enunciasse, & pronomine *hoc* panem demonstrasse? Et quan-

quantum quæso illud Origenis, panis iste, quem Deus Verbum in Matt. 4.
corpus suum esse fatetur ab illo Tertulliani Christus panem ^{15.}
corpus suum appellauit, distat?

Denique Patres illi, cum panem Christi corpus dicunt lib. 4.
(vini & sanguinis eadem ratio) per panem vel verum &
essentiale panem, vel mera panis accidentia, vel ipsum
& essentiale Christi corpus, vel Christi corpus & panis
accidentia simul, vel denique vagum illud indiuiduum
intelligunt; non secundum: non tertium: non quartum:
non extreum: ergo primum. non secundum: quia Ire-
naeus, de quo inter ceteros gloriari, pane illo, quæ Chri-
sti corpus dicit, carnis nostræ substantiam nutriti &
a gescere scribit: quam vim accidentibus negamus, dum
firmis id euiceris argumentis: non tertium: quod essen-
tiali Christi corpore carnis nostræ substantia non nutria-
tur, non augescat, ex eo non consistat. Eadem causa, cur
dici non possit, eos corpus & accidentias simul intellexis-
se, eadem, cur indiuiduum quoque vagum non intelle-
xerint: quia merum commentum est: & si esset, ex eo ta-
men carnis nostræ substantia non consisteret, non auge-
sceret. Iudicent nunc qui iudicare possunt, contra quem
testes produxerim.

Non tamen pudet istos, nobis impingere cuius ipsi rei
sunt, huius generis etiam est, quod quædam Patrum te-
stimonia non sine aliqua fraude me recitasse Gregorius
iste scribit. Cedo testimonia illa. num verò fraudulenter
Ambrosium, num Bedam, num Rabanum, citauit? omi-
nisti, inquis, verba quibus hi Patres in iisdem locis luculenter
afferunt, corpus Christi esse. num eorum mihi opus fuit ex-
plicatione? nonne satis fuit ad minoris meæ probationē,
citare quibus corpus de pane enuncient? quid vero per
panem Patres intelligant, & quo modo panem Christi
corpus nuncupent, modo dicūm est. Quare nec illa Ra-

bani, quæ recitas, vel ad institutum meum minorisque
 probationem attinebant, vel te tuamque Chimerā quic-
 quam iuuant. Vinum ad sanguinem refertur. ergo non
 essentialiter, sed relatè, & Sacramentaliter Christi san-
de Instit.
Cler. lib. I.
6.31.
 guis est. panis & vinum sanctificata in Sacramentum di-
 uini corporis transeunt. ergo non in ipsam diuini corpo-
 ris substantiam. aliud Sacramentum, aliud res est Sacra-
 menti. Sacramentum verbum & verum elementum est:
 res Sacramenti corpus & sanguis Iesu Christi. Sacramentū
 Rabano cibus materialis est, qui extrinsecus, seu ut ipse
 loquitur, forinsecus corpus nutrit, in pastum corporis re-
 digitur: quod neque de solis accidentibus, neque de cor-
 pore Christi vero, neque devtroque simul dici potest. In
 Sacramento itaque carnem Christi edere, est Sacramen-
 tum carnis edere: tantum in Sacramento edere, est, spre-
 ta re Sacramenti, merum duntaxat Sacramentum ede-
 re. Quid hoc ad monstruosam illam tuam substantiam? V-
 bi communis illa tua substantia, vagumque tuum indiui-
 dum, in Rabano? num ignoras, Rabanum à tuis, à Tho-
 ma Valdeno, in hæretorum album relatum esse, qui
 scribit, Rabanum de Sacramento Ecclesiæ Romanae cō-
 traria & sensisse & scripsisse? Et tu illi vagum istud vestrum
 individuum audes impingere? tandemne vides, vter no-
 strūm ab illis, quos citat, prodatur? Stat ergo mea mi-
 nor immobilis: & cum ea totum primum argumentum.
 quod ex eo quoque confirmatur, quod quædam ad pri-
 mum hoc argumentum attinentia in meo libro sequun-
 tur, ad quæ ne γρὶ quidem iste Gregorius.

Argumentum II.

Alterum meum argumentum non huiusmodi, vt
 iste loquitur, sed hoc erat: **Corpus Christi cibus**
mca-

CAP V T QVINTVM

191

mentis & interioris hominis est, non ventris & exterioris:
 ergo nec in pane, nec sub illius specie est. negat iste con-
 secutionem, quod aliud sit mentis & interioris hominis
 cibum esse, aliud mentis & interioris hominis duntaxat
 palato suscipi. Sed unde nobis hoc discrimen, Gregori,
 probas? mentis & interioris hominis cibum esse, est à
 mente duntaxat & interiori homine, quem nutrit, susci-
 pi: sicut ventris & exterioris hominis cibum esse, est à vē-
 tre duntaxat & exteriore homine, cui reficiendo destina-
 tus est, manducari. Causa est, quod geminus hic cibus
 gemino homini, ut ex Damasco didicisti, destinatus
 est: & sicut interior homo exteriori oppositus est: ita ci-
 bus interioris & exterioris opposita sunt: nec magis inte-
 rioris hominis cibus ab exteriori comeditur: quam inte-
 rior exterior homo fiat. Hæc Patrum sententia est. hæc
 Patrum, quæ citaui, testimonia conuincunt. quid enim
 clarius illis Ambrosij verbis, *non ergò corporalis esca sed Spi- de ipsi qm*
ritualis est? Sicut mens ad corporeum corporis sue cibum *myst. init.*
c. 9.
 accipiendo inceptum est: sic os & venter homoque exteri-
 or incepit ad mentis cibum, qui Spiritualis non cor-
 poreus est, apprehendendum.

Vanissimum igitur est quod scribis, corpus Christi mē-
 tis cibum appellari, quod non corpus, sed mentem dun-
 taxat, spiritualiter nutriat & reficiat: et si à corpore quo-
 que percipiatur. Corpus enim Christi cibus est viuificans:
 & à quoconque comeditur, id reficit, viuificat, & ad æter-
 nam vitam nutrit. Baptismi alia ratio: sicut aliud totum
 Eucharistiae Sacramentum, res terrena & cœlestis simul,
 aliud res Sacramenti, corpus & sanguis Iesu Christi: de
 quo antè. Sic antecedens intellexi. sic illud à me intelligi,
 tum ex consecutionis, tum antecedentis, confirmatio-
 ne intelligere potuisti. Cur ergò consecutionem impe-
 titè negas?

Sed

Sed inquis, si sic antecedens intelligis, principium petis. quî sic, Gregori? intelligis ne quid sit principium petere? num qui sic ratiocinatur *corpus Christi cibus est mensis*, menteque fidei duntaxat editur: ergò sua essentia non est sub specie aspectabili: quod alioquin ore quoque corporis edetur, idem eodem probat, obscurum & incertum obscurum & incerto, & quæ sunt huius generis alia? Sed hoc, inquis, quod sumis, tibi probandum est. Rectè, Gregori. propterè meum antecedens ita contra tuas cauillationes præmuniui: ut immotū & firmissimum adhuc consistat.

Geminam antecedentis rationem attuli: alteram, Christi corpus in cœna manducari, non ut gloriosum iam vivit in cœlo: sed ut pro nobis traditum est & mortuum: quam tum Scripturarum, tum Patrum, testimonijs cōprobauit.

Huic (conuictia enim & scommata tua non moror, quibus, si vellem, aut deceret, paria reprendere facile possem) ita vis obstrepere: Qui illud Christi corpus edunt quod iam est, iij viuum, non mortuum, Christi corpus edunt. Qui verum Eucharistiæ Sacramentum edunt, illud corpus edunt, quod iam est: ergo viuum, non mortuum. Sophisma est à secundum quid, ut simpliciter. Qui verum Eucharistiæ Sacramentum edunt, illud corpus edunt, quod iam in cœlis gloriosum est, *καὶ τότε*, quâ traditum est, & mortuum. quare nulla vis tui consequentis. Taceo, quod non minus indocte consequens cum consequentia hîc confudisti, quam rationem tuam construxisti. video Logico te præceptore indigere.

Alteram rationem adfers: quæ hic redit: Qui illud Christi corpus in Cœna percipi dicunt, quod sursum est in cœlo, iij viuum Christi corpus percipi dicunt: Caluinus & Fortunatus illud dicunt: ergo & hoc. idem Sophisma. illud ipsum percipi dico: sed non quâ gloriosum iam in cœlo

cælo regnat: sed quâ in cruce ignominiose mactatum est. nonne diserte scripsi, crucifixum Christi corpus sursum accipi? cur verba mea mutilasti? Sic habeto, verum huius cælestis epuli coniuiam, simile eodemque momento, quod sine παντοχεσια και παλλαχεσια fit, in tribus locis esse: in terra, seu loco illo, in quo memoria mactati agnî peragitur: ad crucem Hierosolymis: in cælo, vbi verè mactatus ille agnus apponitur, & ab ipsomet summo Pontifice distribuitur: in terra, seu loco illo, in quo coena celebratur, oculis & ore corporis: ad crucem oculis fidei: in cælo ore mentis fidelis. Sed hoc tibi fabula videtur, Gregori. quid mirum? cum discipuli quoque mortem Domini pro fabula putarint. res ita, ut dixi, habet.

Sed blasphemia, inquis, est, putare, Christi corpus, ut mortuum, non ut iam vivum est, edi. Blasphemus ergo Christus. blasphemus Euangelista. blasphemus Apostolus. blasphema antiquitas orthodoxa. Ita Christus, Euangelista, Apostolus, *hoc est illud meum corpus, quod pro vobis traditur aut frangitur: hoc facite in mei recordationem.* Quid clarius illis verbis, *hoc est illud meum corpus?* (hæc enim Græcorum verborum vis est) τέτρα μεσοί τοῦ σῶμα, τῷ ψάρῳ ὑπὸν οὐλάμενον. Cùm ad mensam accumberet Dominus, *i. Cor. 11.8.* pridie passionis, discipulos de hoc magno mysterio instruens, ait, panem, quem in manus sumserat, & fractum discipulis dederat, non communem panem, sed corpus suum esse: idque nō ut ad mensam accumbat, sed ut frangitur, vel frangetur, & iā iam in mortem tradetur. Quare si discipuli in prima Coena Christi corpus non nisi ut passum ederunt: quod ante passionem, ut mox planius intelleges, ineptum fuerit ad comedendum: quantò magis nos illud hodie, passione præterita, ut passum, & rem præteritam, edimus? Idem ex illis, quæ subiiciuntur, *hoc facite in mei recordationem* liquet. His enim verbis nequa-

quam vult Christus, illud corpus, quod aliquando mortuum est, manducandum esse, sed quâ iam in cælis est gloriosum: sed modum docet, quotum nobis, tum discipulis sit manducandum, recordando scilicet mortem & fractionem illius, & idcirco quâ mortuum & fractum est pro nobis. Confirmat id Apostolus, cùm causam subiicit, cur in recordationem Christi edendum sit & bibendum: quia, inquit, *quotiescumque panem hunc ederitis, & poculum hoc biberitis, mortem Domini annuntiatis, &c.* hoc est, quia Sacramentum hoc, Sacramentum passionis est & mortui Christi: in quo mortuum & exsangue Christi corpus, perennis illa victima, nobis cùm repræsentaturum offertur. Quid autem illud, quòd seorsum panem Dominus porrexit, seorsum vinum? quòd panem non integrum, sed fractum, vinum non absolutè, sed fusum, & quidem in mortem iam iamturus, porrexit? nonne seorsum carnem suam, seorsum sanguinem, carnem fractam & mactatam, sanguinem effusum, & quasi de latere profluentem, eum, inquam, sanguinem, qui sub cruce dissipatus est, bibi voluit & manducari? Gemina tua species, & coniunctio *αχωεις* nodum hunc non soluunt. Solidè responde, rationibus è Scripturis allatis. quæ aduersa vanissima sunt: & sicut tuam concomitantiam probare non potes: ita quid per se primò sit, non intelligis. Quàm ergò doctrinam nostram hæc euertat interpretatio: quàm cum Institutione, cum huius Sacramenti natura, pugnet, ex his perspicuum est. Videamus, quæ topere Patribus aduersetur.

Pauperem Christum, & humilitatis corpus, in coena manducari tradit Augustinus: quod Nisenus comprobat, cùm scribit, Christum, cùm discipulis suis corpus suum edendum præbuit, aperte ipso facto, demonstrat. sc̄ perfectam & absolutam factam esse immolationem: quòd

epist. 120.

ad Honor.

c. 27. orat.

a. de refur.

Christi.

quod animatum victimæ corpus ad edendum idoneum non esset. cuiuslibet enim, inquit, hoc perspicuum est, que vesci hominem non posse: nisi manducationem præcesserit mactatio. Quid clarius, quam Nissenum hic docere, Christi corpus, ut mactatum, & in ara crucis immolatum, à discipulis manducatum esse, & à nobis hodie quoque manducari? Quid tu, Gregori? Secundum representationem quandam, inquis, mortuum se obtulit: tuis autem viuum, non mortuum. Immò vero non offertur agnus, nisi mortuus & mactatus: sicut non editur, nisi manducationem præcesserit mactatio. Sicut enim postridie, in ara crucis, Sacerdos simul & agnus, Christus mactatum se obtulit: ita pridie in Cœna, ini- quum Pilati iudicium anticipans (respondet enim arche typoty whole) mactatum se obtulit, non viuum. Quare cùm in representatione quadam, temet iudice, hæc consistat oblatio, quæ est, quod modo quodam, in typo, & repræsentatione Sacramentali, se obtulerit: nihil me ferit, quod de incruenta subiicis oblatione. tu potius disce, quæ nam illa quædam repræsentatio sit, quam adhuc ignorasti: nec temere quæ diuersissima sunt confunde, Augustinum cum Nissenio.

Neque vero pauperem Christum, & humilitatis corpus, edere idem est quod Christum, qui olim pauper fuit, edere, & humilitatem illius imitari, num humilitatis corpus edere idem tibi est quod humilitatem imitari?

Sed inquis, Si maximè vellet Augustinus, Christū non edi, vt iam in cœlo regnat, sed vt fuit in terra pauper & humili: nequaquam tamen sequeretur, eum mortuum edi, non viuum. an enim, inquis, Christus ut pauper & humili non viuebat? Semperne vero, Gregori? num, cum in extremo paupertatis & humilitatis gradu

esset, cùm in ara crucis assaretur, viuebat? de hac humilitate & paupertate Augustinum loquentem accipe: & intelliges mecum , necessariò consequi, eum mortuum edi: si pauper& humilis manducatur.

Sed paucis Hesychium, velut Interpretem Nysseni, & in Lexit. Augustini audiamus. *Sic & Christi crux inquit Hesychius, lib. i. c. 2. fortis quidem tantum fuit, ut omnem creaturam subiiceret crucifixo: carnem autem eius QVAE AD COMEDENDVM INEPTA ERAT ANTE PASSIONEM (quis enim comedere cupiebat carnem Dei?) aptam cibo post passionem fecit. si enim non fuisset crucifixus: sacrificium corporis eius minimè comederemus. & mox modum manducatio nis subiicit, comedimus autem nunc cibum, sumentes eius memoriā passionis.* Si caro Christi ante passionem inepit fuit ad edendum, & passione cibo apta facta est, ergo non aliter, quam quā passa & in cibum facta est, editur: non aliter eam discipuli in prima Cœna comedentunt: non aliter nos eam comedimus: quia nisi crucifixa esset, eam nō comedederemus: quam comedimus, cùm memoria in passionis sumimus. Quod cùm ita sit, cùmque ut res praeterita, fideliq; memoria, Christi caro manducetur: tu ipse sententiam profer, an alio quam fidelis mentis palato apprehēdatur. In nunc, & Patres omnes tuos esse impudenter gloriare. Quis eorum vñquam mortuum Christi corpus in Cœna manducari negauit? Nonné Sacramentum hoc, Sacramentum passionis omnes appellant? Quasi verò quod Hesychius, Nyssenus , norunt, ceteros fugerit: & quasi nescierint, sicut agnus paschatis non nisi mortuus & assus edebatur: ita hunc verūm veri paschatis agnum, non nisi mortuum , & in cruce, ceu sartagine, assum manducari: ut sua typo veritas constet.

Alteram antecedentis rationem attuli, quod tum Scripturæ, tum Patres vñanimi consensu, doceant, crucifixam

fixam Christi carnem escam esse spiritualem, quæ fidei,
non corporis, ore suscipiatur. Atq; è Scripturis quidem
sex rationes attuli: tres ex sexto Iohannis: tres ex Aposto-
lo. Quid tu ad illas Gregori: *Nihil, inquis, aduers, quo-*
probes, corpus Christi sola fide, & non ore etiam corporis edi.
Immo plura, quam velles. Christus enim modum man-
ducationis, quo panis ille coelestis, quem mox suam car-
nem, & quidem traditam carnem, esse dicit, explicans, fi-
dei, non corporis, ore cum manducari docet. Sed inquis,
Christus non soli fidei, sed etiam manduca^{re}tiōni suā car-
nis in hoc Sacramento, famis & siti restin*cō*tionem adscri-
bit. ast etiam illa, quæ in hoc Sacramento est veræ carnis
manducatio, ore fidei sit, non ore corporis: vt tum ex il-
lis, quæ modo dicta sunt, liquet: tū quod Sacramentum
ipsa Christi caro non est, sed elementum verbum anne-
xum habens, quod in alimentum corporis, teste Rabano,
convertitur.

*1. Cor. 11.
1. Cor. 12.
1. Cor. 13.*

*de Instit.
Cler. lib. 2.
cap. 31.*

Eodem modo, cùm Christus quæ de carnis atque san-
guinis sui manduca^{re}tiōne & potatione dixit, spiritualiter
accipi vult, quod de Spirituali & fidei, nō corporea & oris
corporis manduca^{re}tiōne & potatione, prolata sint, Sacra-
mentale quidem manduca^{re}tiōne non excludit: Sed
hinc non efficitur, ipsammet crucifixam Christi carnem
ore corporis edi: cùm aliud sit Sacramentum carnis ede-
re, aliud carni ipsam.

Tertia quoque mea ratio firma est. Caro Christi non
prodest quicquam, ita scilicet manducata, vt putarunt
Capernaitæ: qui in summa putarunt, eam aliorum cibo-
rum more, ore corporis, eo quæ crasso & corporeo modo,
manducandam esse: quia crasso corporeo quæ modo edi-
tur quicquid ore corporis editur: vt vt spiritualiter edi-
falsò dicatur. Quam procul itaque vester in Sacramento
manducandi modus à Capernaitarum modo dissitus sit

vos videritis. Quin vos crassis illis Capernaitis crassiores estis, qui vnum eundemque manducandi modum corporum, ac vt ita dicam, oralem simul & spiritualem esse vultis: quod verum erit, vbi os corporis Spiritus erit.

Ad Apostolum quod attinet, vtrum nostrum illis verbis vulneret *non discernens corpus Domini*, sat dictum in antecedentibus. Sed quam nobis Spiritus refectionem adferat existimásne, Spiritum, in illis Apostoli verbis &

1. Cor. 12. omnes in vnum Spiritum potauimus, animum nostrum significare?

De uno & eodem Spiritu in toto illo contextu sermo est. Vnus idemque Spiritus est, qui diuersissima dona distribuit. in hoc Spiritu, & huius Spiritus efficacia operationeque nos omnes in vnum corpus baptizati sumus, quicunque scilicet sanguine Christi (de membris enim ciuidem corporis sermo est) per Spiritum Sanctum loti sumus. in hunc Spiritum, seu in hoc Spiritu, huius Spiritus efficacia & operatione, in vnum corpus in Coena nos omnes edimus & bibimus, qui ipsam Christi carnem & sanguinem, operatione Spiritus Sancti, sine qua non percipiuntur, edimus & bibimus.

1. Cor. 10. Quem ad modum ergo lotio, quæ ipso Christi sanguine fit, Spiritualis est: ita quoque potatio illius. eadem carnis ratio.

Extrema mea ratio firmissima est. nisi enim, ad rem significatam quod attinet, quæ Christus est, Veteres illi idem prorsus in suis Sacramentis habuerunt, quod hodie nos in nostris habemus, ruit scopus Apostoli: falsum est, eos baptizatos esse: eandem Spiritualem escam edisse, hoc est, baptismi & Euchariastie nostræ participes fuisse: falsum, petram Christi

tum fuisse. Quare non nobis tantum, sed illis quoque re ipsa adfuit in eorum Sacramentis. Præteritum & futurum veritati non officiunt. non enim mihi qui tum credebant, crucifixum Christum ederunt, quām discipuli eum ederunt, quām nos eum edimus: quia idem Christus heri & hodie, & in secula.

Ad Patres quod attinet, denuò dico, quòd tacitum præteriisti, Si vñica illa in decretis secunda distinctione nobis suppeditaret, eam argumento sufficiens, Christi corpus, de sententia Patrum, non alio, quām interioris hominis ore contingi. Quare sicut in priori huius alterius argumenti ratione, tibi patrocinantur: sic in hac mihi aduersantur. Carne Christi in altaris ara Spiritualiter per manus Sacerdotum effici scribit Athanasius. quid hīc contra *de imag.* Christi *e.* me? immò quid non contra te? In ara altaris caro *vñ.* Christi efficitur: ergò in Sacramento efficitur, ut sub specie sit essentialiter. vana consecutio. quia Spiritualiter efficitur, ut Spiritualiter, & Spiritui nostro seu menti fideli, præsto sit: ad quam præsentiam satis est, si eodem modo in pane sit quo est in verbo, vanum ergò tuum consectarium, de oris mandatione.

Sed Spiritualiter inquis effici dicitur: quia non visibiliter, sed arcana vi Spiritus ex pane corpus Christi consecutur. aliud est Spiritualiter, aliud non spectabiliter: quia aer spectabilis non est, nontamen Spiritus, sed corpus: & Spiritualiter Athanasio caro Christi effici dicitur, non tantum, quòd vi Spiritus Sancti efficiatur: sed quòd Spiritualis caro sit, Spirituali modo, fidei, nomori, præsens: quia per manus quoq; Sacerdotum Spiritualiter efficitur. deinde falsum est, & Christi verbis

Lxx. 24.

verbis aduersarjum, corpus illius vsquam aliter esse, quam
veri corporis, eoque spectabili modo. falsissimum, vnum
idemque Christi corpus, vno eodemque momento, spe-
ctabile simul & non spectabile esse. falsum & placitis ve-
stris repugnans, ex pane Christi corpus confici.

Sed aram & Sacerdotales scilicet manus non habe-
mus. Sanè Iudaicam aram, cuius nullus iam, vmbritis an-
tiquatis, vslus est, non habemus: nullas Ieroboamicorum
& Balamiticorum Sacerdotum, sanguine contamina-
tas manus. habemus autem summi illius Pontificis, cui ser-
uimus, quem vos in membris illius persequimini, dex-
tram: quæ facilè nos contra bestiam tuebitur. habemus
aram, qualem Christus habuit: qualem Apostoli, qualem
Apostolici viri, & tota orthodoxa, vsque ad Cataclysmum,
habuit antiquitas, mensam Domini: quæ ara seu altare
dicitur, quòd incruentum sacrificium, cruenti recorda-
tio, in eo peragatur.

in 18. cap.
Math.

Non minùs illis Origenis verbis singularis: quib[us] Ver-
bum, non verbum scriptum, sed πνεύμα, hoc est, carnem
Verbi, seu Verbum caro factum, animorum alimentum
esse docet. Opponit enim typico symbolicoque corpo-
ri, per quod verum terræ fructum, materialem & substi-
tjalem panem, intelligit, Verbum, quod caro factum est,
id est, carnem Verbi. illud, quæ ad materiam & naturam,
in ventrem & secessum abire docet: hanc in ventrem abi-
re negat. hanc nos sanctificare, sempiternamque nobis
vitam procurare ait: illud nos sanctificare negat: idque
propterea, quòd sicut quod in os ingreditur hominem
non polluit: ita quod in os ingreditur hominem non san-
tificet. num ergo sanctum Christi corpus vim sanctifi-
candi non habet? Quarevanus mysticus tuus sensus, va-
num quod assuis, si maximè panem ipsum Eucharisticū,
hoc est, ipsum Christi corpus animorum alimentum

Origenes

Origenes vocaret, nihilominus, vt animus nutriatur, carnem Christi ipso etiam ore sumtum iri. vanum hoc est: quia quod ore sumitur & in os ingreditur, id, Origen teste, non sanctificat: inventrem abit: in secessum eiicitur: quod sine blasphemia dici de Christi corpore nequit. Vter itaque nostrum Christianus nec ne sit, vter blasphemus Iudeus, iudicet Ecclesia Christi.

Baptismus è diametro tibi aduersatur. Sicut enim in Baptismo externum elementum ad exteriorē hominem spectat, sanguis Christi ad interiorem: Sic in Cœna Sanctus panis corporis cibus est & ore contingit, caro Christi palato mentis fidelis. Quod ipsum Cyprianus, Ambrosius, & ad vnum omnes Patres, perspicue docent. nam quòd dicas, te iam sèpè dixisse, Christum Spiritualem non corporalem escam idcirco rectè dici, quia non per se nutrit corpus, sed Spiritum, tamen ad hoc ipsum ore etiam corporis in Sacramento sumi, id equidem fateor: sed quām verè id dixeris & dicas, ex iis, qua nos crebriùs diximus, perspicuum est. duplex homo, duplex cibus, Gregori. Sacramentum, quā ad materiale & substantiam, in alimentum hominis convertitur: in secessum eiicitur. durum illud Ambrosij, *corpus Christi non corporalis esca est, sed Spiritualis.* durum illud Cypriani, *hac quoties agimus, non dentes ad mor- de ijs qui*
dendum acuimus, sed fide sincera panem Sanctum frangimus & *init. c. 9.*
partimur. durum illud Augustini, *quid paras dentes &* *Serm. de*
ventrem? crede & manducasti. dentes seu os corporis (*per tractat. 28.*
dentes enim totum os corporis intelligunt) ori fidei op- *in Ioann.*
ponunt. illud ineptum, hoc aptum, & solum aptum, esse
docent, ad crucifixam Christi carnem absumentam.

Quare quæ aduerseris, ea nihil ad rem. non negamus, Sacramentalem quoque manducationem, quæ ore corporis fit, usum suum habere: sed negamus, ore Christi corpus edi: quia in Sacramento, vt vos somniatis, & pars

ipsius Sacramenti, quâ à re Sacramenti distinguitur, non est: cùm Sacrementum, Rabano teste, in corporis alimento & substantiam redigatur: quod tu hîc corpori Christi negas.

Quem ad modum igitur hæc Patrum testimonia, ne latum quidem vnguem, vanissima tua cauillatione mouisti: ita firmissima stant quæ præterea ex de verbo. Augustino, Hieronymo, Alexandrino Clemente, ceterisque citauit. falsum enim est, quod scribis, Spiritualiter Christi verba accipere, aliud nihil esse, quâm non in psal. 98. de conf. d. cum Capernaitis existimare, Dominū particulas de suo 2. l. 2. pad. corpore præcisurum. Quicunque corporeo modo carnem illius percipi putat, is verba illius Spiritualiter non accipit: siue per partes illudedi, siue totum simul deglutiiri, quod crudelius est, putet. falsum dein est, Augustinum, cum ait non hoc corpus quod videntis, manducaturi estis, aspectabilem duntaxat modum exclusisse. falsum, corpus Christi, geminum τὸ ὑπάρχειν modum habere; spectabilem & non spectabilem. falsum, modum illum mandationis, qui ore corporis fit, Spiritualiter, non corporeum esse. Sed vera tua interpretatio erit, vbi non de conf. d. 2. bis in Augustino illam tui Gratiani ἀγορθίαν ostendiris ipsum, non ipsum: ipsum inuisibiliter: non ipsum visibiliter. Ita simul Hieronymi Spiritualis caro, & Clementis Spiritualis sanguis, à cauillatione tua vindicatus est.

Et quo, quæso, modo, Gregori, hæc tua Spiritualis carnis interpretatio, cum illa tui Magistri, qui lib. 4. d. 8. eam de vnitate Ecclesiæ exposuit, consentit? Cur bonisil. 27. tu nihil ad ea, quæ contrâ attuli? Etiam ne Magistrum iam tuum deseris, vt ante Guitmendum? Quid ad illud Macarij, In Ecclesia offeruntur panis & vinum, antitypon carnis & sanguinis Christi; sumentesque de visibili

sibili illo pane , spiritualiter carnem Domini comedunt ? Omnia scilicet hæc , si credere fas est , contra nos sunt : nihil contra vos . offerri dicit panem & vinum . rectè . ergò non ipsummet Christi corpus . Quare neque panem suâ substaniâ Christi corpus existimauit : neque panem aspectabilem ob nuda vestra accidentia vocauit : quod ex eo quoque perspicitur , quod disertè panem & carnem Christi opponit : & sicut panis spectabili modo & ore percipitur : ita carnem Domini Spiritualiter , & tantum Spiritualiter , sumi docet . Quo itaque modo spectabilis panis , essentiâ suâ aliud nihil fuerit , quam ipsa Domini caro : cùm inter hæc duo tantum intersit ? aliud etiam est Spiritualiter aliquid esse , & aliud Spiritualiter edere : & si panis Spiritualiter Christi caro est : etiam Spiritualiter duntaxat in eo manducatur .

Quare non solùm docent Patres , carnem Christi cibum esse Spiritualem : sed modum etiam manducationis explicantes , eam Spiritualiter edi dicunt : vt vannissimum illud tuum effugium sit , Spiritualem eam cibum dici , quod Spiritum per se reficiat : et si ad hoc ipsum ore quoque corporis sumatur . Spiritualiter enim de sententia Patrum editur & sumitur : quod non est oraliter , vt ut *αρχαῖον* id esse fingatur . Quod cùm ita sit , non labore , sive quæ ex Bertramo recitaui Isidori verba , Isidori sint , sive Bertrami . Certo certius est , nihil in toto illo Bertrami libro esse , quod hæresi vestrae patrocinetur : et si pauca quædam prima fronte vobis fauere videntur : quod pluribus docerem , nisi iam antè Bertramus nobis dedissetis .

En ergò pro Bertramo & Isidoro Moguntinum illum Raban. l.
Præsulem , *Sacramentum* , inquit , ore percipitur : virtute 1. de Instio
Sacramenti interior homo satiatur . *Sacramentum enim Cler. c. 31.*

*in alimentum corporis redigitur: virtute autem Sacramenti
eternæ vite dignitas adipiscitur. Duo tantum agnoscit:
Sacramentum: & rem, seu virtutem, Sacramenti: per
quam carnem Verbi intelligit. quia Sacramentum in ali-
mentum & substantiam corporis conuertitur: ex quo au-
gescit & consistit carnis nostræ substantia: quod blasphem-
um esset de carne Christi affirmare. Manet ergo, car-
nem Christi, de sententia quoque Rabani, ad interiorem
hominem attinere: & sicut Sacramentum, seu res terrena
percepta vocatione Dei, ore corporis absimitur: ita rem
cælestem, carnem Verbi, fidei duntaxat ore contingi.*

*de corp. &
sang.*

ad Deod.

*de corp. &
sang.*

Hoc ipsum ceteri etiam illa ætate Episcopi & Abbates,
Fulbertus, Paschasius & alij, tum crediderunt, tum do-
cuerunt. Quid enim clarius illis Paschasijs verbis, *Panu
quippe & vini species in exteriori sunt sensu, per qua corpus &
sanguis Christi SPIRITUALITER, SVMVNTVR IN
MYSTERIO, sicque precio salutis nostræ interius sagina-
mur? Quid item illis Fulberti, Exere palatum fidei: dilata
fauces spei: viscera caritatis extende: & sume panem vita, IN-
TERIORIS HOMINIS ALIMENTVM? num Spi-
ritualiter sumere, est ore quidem corporis sumere, sed
modo, qui nec aspectu, nec alio ullo sensu, percipiatur?
num modus oris & corporatus Spiritualis est? an non vi-
des, meritis contradictionibus implicari? Alimentum
interioris hominis Christi corpus est: quod vt à nobis su-
matur, non corporis, sed fidei, palatum est exerendum:
spei, non gutturis, fauces dilatanda: caritatis, non ven-
tris, viscera extendenda: quia non corporeum aut corpo-
ris, sed Spirituale fidei nutrimentum est: quod idcirco
non sensibus carnis, vt Bertramus loquitur, sed animi si-
delis contuitu aspicitur, accipitur, comeditur. Et hac
quoque pro alterius argumenti vindicatione.*

Argu-

Argumentum III.

Tertium meum, pro fide Catholica, argumentum, iterum non huiusmodi, sed hoc ipsum, erat: *Impij & fide destituti ipsum Christi corpus non accipiunt: non igitur est sub specie aspectabili.* Negas antecedens. miror, te non id quoque petitionem dicere. Antecedens Scripturarum & Patrum testimentijs confirmavi: quamvis per se & suapte virtute iam *aperte manet* consistat. Si enim fidei duntaxat palato crucifixum Christi corpus contingitur, ut adhuc monstratum est: quis non videt, fide destitutos illud accipere non posse? *Quisquis inquit Dominus Iesus, carnem meam edit, & sanguinem meum bibit, is in me manet,* *& ego in eo.* num qui fide vacant, in Christo manent? num Christus in illis?

Sed de fructuosa, inquis, corporis mandatione Christus ibi differit. Sed vnde probas, crucifixum Christi corpus aliter quam fructuose comedi? num sicut viuus & fructuosus cibus est: sic etiam mortuus est, & exitiosus? quæ te Scripturæ, qui Patres, id docuerunt?

Sacramentaliter, inquis, etiam impii fide que destituti illud comedunt. Ast Sacramentaliter & in Sacramento Christi corpus edere, non est ipsum Christi corpus edere: sed Sacramentum duntaxat illius: quod cum in aliamentum corporis conuertatur, in secessum ejiciatur: non est essentiâ Christi corpus. Quare nec Augustinus, nec ceteri, quibus abuteris, Patres te quicquam iuuant. panis postquam percepit vocationem Dei, Sacramentum est corporis, eo que corpus Christi, *κοινωνία corporis*, cibus Spiritualis, in se consideratus: & talis omnibus qui accidunt offertur: sed non omnibus Spiritualis est & *κοινωνία corporis*: quia non qualis est & offertur, talis ab omnibus accipitur: eò quod verbum, in quo verè offertur quod of-

fertur, fide non apprehendunt. nihilosecius non nihil accipiunt qui sine fide manducant : quia cibum Spiritualem, & quod Christi corpus est, accipiunt: licet illis non sit Christi corpus & cibus spiritualis.

Patrum quoque quae citauit testimonia nimis sunt evidencia. Vnicum Origenis locum, cumque integrum, huc adscribam: ex cuius simplici recitatione quilibet, etiam simplicissimus, sua sponte facilè intelliget, quid orthodoxa Antiquitas de crucifixæ carnis mandatione senserit: qualem eam cibum, & à quibus hunc cibum editum existimari.

*in exp. 15. „ Sic Origenes: Dixerit autem quispiam, in hunc locum
Matth. „ cum incidens, sicut quod in os ingreditur, hominem non*

„ polluit, et si pollutum à Iudæis existimetur: ita quod in os
„ ingreditur, hominem non sanctificare, et si à simplicioribus
„ sanctificare credatur, is videlicet qui panis Domini dicitur:
„ estq; nisi fallor orationē contemnenda, & idcirco disuci-
„ dam requirens expositionē: quę mihi quidē talis esse vide-
„ tur. Quem ad modum non cibus, sed edentis cum hæsi-
„ tione conscientia, edentem pollutus: eò quod hæfisan-
„ si comedat, iudicatus est: quia non ex fide: & quem ad mo-
„ dum polluto & infideli per se nihil impurum est, sed pro-
„ pter illius immundiciem & infidelitatem: ita quod ver-
„ bo Dei precibusq; sanctificatur, id suapte natura non san-
„ ctificat vtentem. nam si hoc esset: etiam illum sanctifi-
„ caret qui indignè Domino comedit: nec quisquam ob-
„ hanç mandationem infirmus aut æger fuisset, obdor-
„ miuissétre. nam huiusmodi quiddam Paulus demon-
„ strat, cùm ait, propterea multi inter vos infirmi maléque ha-
„ bentes, multi itidem qui dormiunt. Quapropter in pane
„ quoque Domini tunc utilitas est comedenti, cùm im-
„ polluta mente puraq; conscientia particeps est illius pa-
„ nis. Ita quod ad mandationem per se attinet, nec
„ quia

quia de pane , qui verbo Dei & precibus sanctificatus “
 est, non edimus, aliquo bono defraudamur: nec quia edi- “
 mus , aliquo bono abundamus : siquidem defectionis “
 cedula malitia est & peccata , abundantiae iustitia recta- “
 que facta : vt huiusmodi sit quod apud Paulum hisce “
 verbis dicitur , neque si comedelerimus abundabimus , ne- “
 que si non comedelerimus minus habebimus. Quod si QVIC- “
 QVID ingreditur in os id in ventrem abit , & in feces- “
 sum ejicitur : etiam ille cibus , qui verbo Dei precibus “
 que sanctificatur , secundum id quod habet materia- “
 le, inventrem abit , & in secessum ejicitur : ast secun- “
 dum quæ illi accessit vocationem , pro ratione fidei , “
 utilis fit & efficax , vt perspicax animus fiat, id quod v- “
 tile est spectans , nec MATERIA PANIS , sed su- “
 per illo dictus sermo est, qui prodest nō indignè eū Domi- “
 no comedenti. Et hæc quidē de typico SYMBOLO- “
 que corpore. Ceterū complura quoque dici possent de “
 ipso Verbo quod factum est caro , verusque cibus: quem “
 qui comedelerit omnino viuet in æternū: QVEM NVL- “
 LVS M A L V S P O T E S T E D E R E . nam si fieri posset “
 vt qui malus adhuc perseuerat, ederet Verbum, quod ca- “
 ro factum est, cùm sit Verbū & panis viuus: nequaquam “
 scriptum esset , Quisquis hunc panem ederit , is viuet in
 eternū.

Non magis hæc clarerēt, si ipsius Solis radiis scripta es-
 sent. Negat Origenes, quicquā sanctificandi vim habere
 quod in os ingreditur: cibum Sanctificatū sive Sacramē-
 tum, excepto verbo, in alimentum corporis, cum Rabano,
 conuerti docet: materiā illius materialemq; panem
 sive naturam panis agnoscit: verbum , non panem pro-
 desse scribit: panem Eucharisticū, typicum & symbolicū,
 non esse Christi corpus, esse fatetur: symbolico verū
 & esse Christi corpus opponit, carnem Verbi seu Verbum

incar-

incarnatum: hoc corpus à nullo malo edi protestatur: quòd alioquin falsum fuerit, quòd simpliciter scriptum est, Quisquis hunc panem ederit, is viuet in æternum: cù quòd caro Verbi viuus panis sit, non mortuus. Quid tu, Gregorius negabis ne Origenem de Eucharistico pane loqui? De eodem Tertullianus, de eodem ceteri omnes. omnes de spirituali & fructuosa crucifixæ carnis manducatione loquuntur: quia in se non nisi hoc modo manducatur: propter causas crebriùs à me repetitas. Firmum igitur etiam tertium stat argumentum.

Argumentum IV.

Quartum contra *p̄s̄os̄os̄* ex Patribus petitum fuit: qui naturam & essentiam panis, peracta sanctificatione, non deperire, sed saluam & in columem remanent scribunt. Percensui quatuor: qui præ ceteris id disertis & clarissimis verbis testificantur, Ambrosium, Gelasium, Chrysostomum, Theodoritum.

de Sacra. lib. 4. c. 3. contr. Eu-
tych. ad Ca-
sar. Mo-
nachum
dialog. 2.
lib. 2. cap.
7. & 3.

Ad Ambrosium iste, sed alieno loco, ab extremis scilicet meis verbis sibi metuens, eum per solennem & notam creaturam aliud nihil intelligere, quām manifesta panis & vini accidentia. Vbi verò Gregori, didicisti, mera rei accidentia creaturam dici? vel ynde probas, Ambrosium mera duntaxat per eam accidentia intellexisse? num qui ita loquitur, *venisti ad altare: vidisti Sacra menta posita super* *altare: & ipsam quidem miratus es creaturam: tamen crea-* *ta solennis est & nota, de puris accidentibus loquitur? num* *externa accidentia miramus? an potius quòd res ista terrena & creatura nota, æternæ vita effectum habeat? nuda* *verò accidentia ne corpori quidem alendo apta esse cre-* *briùs à nobis dictum est.*

Quare non est quod mireris, cur Ambrosium quoque
vobis

vobis opponamus : qui commentitiam istam accidentium vim prorsus ignoravit. Quod scribit , probemus igitur, non hoc esse quod natura formauit, sed quod benedictio consecravit, maioremque vim esse benedictionis , quam naturae: quia benedictione etiam ipsa natura mutatur, id sicut illi auditorum importunitas extorsit : vt velex illis verbis perspicuum est, forte dicas , aliud video. quo modo tu mihi afferis, quod corpus Christi accipiam? ita vobis nihil planè patrocinatur. nequaquam enim vult, nullo modo esse quod natura formauit: quod sic etiam accidentia non remanerent: sed vult, non tantum id esse: quippe quod iam in aliud, longè sublimius, sit commutatum. Quod verò substantialis hæc sit commutatio, id nusquam dicit. quin immò contrariū afferit: cùm corpus Christi, peracta quā ià consecratione , non essentialiter sub specie esse, sed ea significari scribit. Quod crassis illis conuersionis exemplis, auditorum importunitate coactus, vtitur, id non facit, vt eandem huius mysticæ conuersionis rationem esse doceat: sed à minus ad magis ratiocinatur: vt perspicuum est ex contextu.

Sed naturam benedictione mutari scribit . Ast per naturam non substantiam intelligit: sed ordinem naturæ, seu quod naturâ inest. Sicut enim præter naturæ ordinem virgo generauit: & aquam præter naturam petra vomuit: ita præter naturam & naturæ ordinem sanctificatus panis ad æternam vitam nutrit: & sicut natura maritima fluctuū est immutata: sic natura quoque panis commutatur. Observandum tamen, Eucharisticum panem ita naturâ mutatum, vt nihilo seciùs naturaliter quoque corpus nutriat.

Ceteros tres, Chrysostomum, Gelasium, Theodorum, eodem viatico alegat iste Gregorius. priùs tamen negat, vel fragmentum illud contra Nestorium & Euty-

chen Gelasij Papæ esse : vel epistolam illam ad Cæsarium Iohannis Chrysostomi. Sed vnde hoc posterius probas? num quia μεταστοιχια afferuit? vbi? in homilia ne 83 in Matt.? scilicet, sicut vagum vestrū indiuiduum ibidem afferuit. Quem ad modum ergo tu idcircò negas, epistolam illam Chrysostomi esse, quod is μεταστοιχια afferuerit: sic ego idcirco affirmo, eam Chrysostomi esse, quod is nobis antida ta præparauit ad μεταστοιχια iugulandam. Sed siue Iohannis Chrysostomi, siue Iohannis Constantinopolitani sit illa epistola: Episcopi Constantinopolitani est, & Doctoris Catholici: qui quæ tunc etiam de conuersione panis totius orthodoxæ vetustatis sententia fuerit, perspicuè docet. idem de Gelasio respondeo: quem ego neque Papam neq; Episcopum vocau. Siue Papa, siue Episcopus fuerit siue Romanus, siue Cæsariensis: orthodoxus fuit & Catholicus, Orthodoxæ & Catholicæ Ecclesiæ, etiā de hoc capite, sententiam exponens.

Qua itaque ratione hosce Patres ablegados existimas, Gregorii *Naturam*, inquis, & substantiam panis ac vini appellariunt proprietates panis & vini: idg. maximè ob facultatem, quæ in illis est eadem efficiendi, quæ vinum & panis efficerpoterant. Scilicet commentitiam istam vestram panis vim, substantiam illi dixerint. Vbi didicisti, proprietatem & accidens idem esse quod substantiam? nū tu quoque cælum inferno misces? Sed huiusmodi, inquis, proprietates rerum quasi quedam naturæ & substantiae illarum sunt externæ. huiusmodi, Gregori, nugæ non quasi, sed verè, delitorum delitia sunt. quistib[us] credat accidens substantiam ab ullo sano dici? Quod si substantiam in hisce Partibus proprietatem naturalem interpretaris: cur non naturam sic apud Ambrosium accipis? quasi verò id cauteriatæ conscientiæ signum non esset. Sed nihil proficis at tramento tuo, captus es clarissimis illis Patrum retibus quæ:

quæ attramento tuo obscurari nullo modo possunt. *Marent*, inquit Thedoritus, *symbola mystica in priori s v b - dialog.*
S T A N T I A & forma & specie. Et formam externam & internam, substantiam, remanere scribit. & tenet pudet, substantiam externam, formam & proprietates interpretari? Idem ceteri disertè tradunt. Concedunt enim pñ nem immutari: sed non quā ad substantiam: quòd alio-
 quin τρέψης τοι σύγχυσις consequerentur.

Quare nihil ad rem quæ adfert. In diuinam substantiam symbola transeunt: sed ita, ut natura & substantia eorum in columnis permaneat. gratia illis adiicitur: sed essentia non abiicitur. de adoratione suprà dictum.

Quòd addis, horum Patrum instituto satis fuisse, si panis accidentia remanere dicerent, falsissimum est, & hæreticum. nam si hoc illis satis fuisse: etiam satis esset, si extrinsecus & externa forma homo Christus esset: et si intrinsecus, & quā ad substantiam, in diuinam transiisset essentiam. figura veritatis figura est: & qua parte veritatis figura est, ea veritati respondeat necesse est.

Demonstrant Patres, corpus Christi, post assumptiō-
 nem & resurrectionem, gloria quidem affectum esse: sed priorem nihilo secius essentiam & naturam retinuisse,
 ex eo, quòd panis etiam Eucharisticus priorem tum for-
 man, tum essentiam retinet: et si ad sublimiorem eue-
 hitur dignitatem. In eo itaque Patribus figura consistit
 & similitudo, quòd sicut Eucharisticus panis, post voca-
 tionē Dei, verus & essētialis panis manet: ita corpus Chri-
 sti post resurrectionē verum & essentiale corpus sit & ma-
 neat, speciem, formam, circumscriptiōnem, ac vt uno
 verbo cum Theodorito dicam, essentiam veri corporis
 retinens. Quod cùm ita sit, cumquā in hoc figura Patri-
 bus consistat: quem ad modum illi recte concludunt, ve-
 rus & essentialis etiam post benedictionem panis est, ergo

verum & essentiale post resurrectionem quoque corpus ita nos ἀναλύει apodicticè efficimus, Verum & essentiale post resurrectionem quoque Christi corpus est, ergò panis etiam Eucharisticus, qui typus & figura Christi corporis est, & quidem hac parte illius figura est, verus & essentialis panis est, etiam post benedictionem. Ad hoc respondere, Gregori. hic murus aheneus esto.

Quare nihil ad rem, quod vnu & alterum, antequam infelicitissimum hoc bellum excitaretur, minus recte de hac re scripsisse, nihil, quod Theodoritum erroris notatum esse, dicas. Commune hoc omniū Patrum argumentum est. à sexcentis & triginta Patribus Theodoritus ex omni parte Catholicus & Orthodoxus receptus est Chalcedone: sicut nemo vñquā id in eo culpauit: ob quod iam dudum à vobis est condemnatus. Quam ob rem illius hac de resententia totius orthodoxæ vetustatis sententia est: nec aliter audiendus Theodoritus, quam si omnes illi sexcenti & triginta Patres, Romæ iam coacti, ubi tū non essent, sententiam dicerent.

pag. 108. Quod de Philosophis nugaris, planè nugatorium. vbi enim accidens substantiam dicunt? de naturis rerum inquis suos libros quandoque inscribunt: in quibus tamē propriè agunt de rerum operationibus & proprietatibus. disce, Doctor infelix, à Magistro Fortunato: quamuis vobis minimè Fortunato: qui ad Chimeram vestram iugulandam inter illos etiam est excitatus. Siue à natura rei, siue ab affectione vel principio nomine liber habeat: semper de natura, h.e. subiecto agitur: quia tota tractatio illius est cuius affections & principia considerantur. Sed hac de re Cōmentarios nostros tū in Physica, tū in Posteriora, consulere poteris.

Manet omnibus modis firmissimū, Eucharistici panis conuersionem non in substantia, sed adiectione gratia, consistere: eandē huius panis, & corporis Domini, rationem

nem esse: & sicut corpus Domini, humanaque Christi natura, post resurrectionem, non in alienam essentiam conuersa est, sed in priori tum forma, tum natura atque essentia, permansit, et si gloria affecta cælestem statum est consecuta: ita panem Sanctum, pristinā suā, tum formam, tum essentiam, retinere tametsi ad longè nobiliorem euentus sit dignitatem. non in amittendo, sed in acquirendo hæc posita est conuersio: quia non conuertitur, ut minus, sed ut plus sit, quam erat: acquirens quod non erat, nec amittens quod erat: ut perspicuum est ex archetypo.

Argumentum V.

AD extreum negavi, & nego, Christum verbis illis: *hoc est illud meum corpus &c. hoc est ille meus sanguis &c.* consecrasse. Consecrauit, dum manu panem teneret: verba vero illa tum demùm protulit, posteaquam iam, testibus Euangelistis & Apostolo, panem discipulis distribuerat: immò, quod amplius est, postquam iam panem comederant: ut diserte scribit Marcus.

cap. 146

Negas, vel Apostolum, vel vllū ex Euangelistis, id testificari: contrarium Matthæum, Lucam & Paulum, asserere dicis, nempè Christum illa verba dixisse, non postquam panem & vinum dedisset, sed tum, cum ipse acciperet in manus, & gratias ageret, & discipulis porrigeret: quo ipso tempore Eucharistiam per ea verba consecrauit. Videamus, utri nostrūm astipulentur. Ita Matthæum Gregorius cap. 26. iste citat, accipiens calicem, gratias egit, & dedit illis, dicens, hic est enim sanguis meus. Ait Matthæus ita de poculo, & accepto poculo, actisque gratijs, illis dedit, dicens, bibite ex eo omnes. hoc enim est sanguis ille Novi Testamenti. num præsens illud bibens in quo proram & pupim collocas, cum illis verbis, hoc enim est sanguis,

proximè cohæret? cur illa verba *bibite ex eo omnes*, mali-
 tiosè præteriisti? nonné quòd causæ diffidis? nihil ergo
 pro te Matthæus. Sed Lucas & Apostolus præsenti par-
 ticipio proximè illa verba, *hoc est illud meum corpus*, *hoc po-*
culum nouum Testamentum est in meo sanguine, subiiciunt ille
 C. 22.
 1. Cor. 11. quidem vtraque: hic verò posteriora. quid tum? num
 idcirco illa verba consecrationis verba sunt? nihil mintis.
 eadem vtriusque verbi, dixit, & dicens, ἐπει τούτῳ λέγω,
 præteriti, & præsentis, ratio est: & præsens idem quod præ-
 teritum valet: quia quo sensu de pane Matthæus & Apo-
 stolus præteritum usurpat: eodem de poculo usurpat:
 sicut Lucas præsens, sensu prorsus eodem. dein Euange-
 listæ, verba Christi potius innuunt, quām referunt: ideo
 que non sequitur, Christum illis verbis, *dedit eis*, continen-
 ter illa subeicisse, dicens, *hoc est corpus*: præsertim cū Mat-
 thæus, Marcus, Apostolus illa media percenseant *accipi-*
te, edite. Sed esto, verba eo planè ordine & modo à Chri-
 sto prolata esse, quo à Luca referuntur. quid ibi pro te?
 immò quid non contra te?

Primò sumsit panem de mensa: dein illi benedixit, seu
 gratias egit: quæ gratiarum actio cum benedictione siue
 Sanctificatione coniuncta fuit: tum panem fregit: tan-
 dem distribuit: & post distributum, eo quæ iam acceptum
 panem, vel certè inter distribuendum, dum eum iam dis-
 tribueret, dixit, *hoc est illud meum corpus*.

Iudicet pius lector, in quibus tandem verbis consecra-
 tio consistat. Confuetudinem sanè video: sed veritatem
 non ignoro. exurge igitur veritas: & quasi de patientia
 erumpere. ipsa Scripturas tuas interpretare: quas consue-
 tudo non nouit. Si enim nosset: nunquam esset.

Certo certius est, verba illa, *hoc est illud corpus &c.* in
 prima Coena consecrationis verba non fuisse. Primò e-
 nim

nim Christus de mensa suscep^{tum} panem non tum demum, postea quā eum frangeret, distribueret, vel potius, fregerat, distribuerat, sed antequam tum distribueret, tum frangeret, consecravit: sicut nec apud Pontificios, nec vsquam, inter distribuendum demūm consecratur.

Deinde si illis demūm verbis, quæ, vt Lucæ verba præ se ferre videntur, distribuens protulit, consecravit, quid sibi vult illud, quod fractionem antecedit, εὐλογήσας seu εὐχαεῖσθας? nōnne ynica illa voce solennē illam & prolixam gratiarum actionem siue benedictionem, quæ cum laude Dei Patri & primitiarum oblatione coniuncta fuit, innuunt Euangelistæ? nonne Scotus & Innocentius Ter-
tius id fatentur?

Confirmant sententiam nostram Apostolus & Euangelista Marcus: qitorum vterque testatur, quòd panis Christi corpus sit & illius κοινωνία, id pani, solenni illa benedictione accedere, & effectum esse benedictionis. id circò Marcus ait, Christum illa verba, *hoc est sanguis, tum demūm subiecisse, poste aquam ex poculo bibissent: quia verbo εὐλογήσας benedictio confecta fuit: & Apostolus cap. 14. Cor. 10.*

poculum benedictionis, cui benedicimus, nōnne κοινωνία sanguinis Christi est? in benedictione illa, quæ participio εὐλογήσας innuitur, consecrationem statuit, & κοινωνία siue sanguinem Christi esse, illius benedictionis effectum esse, docet.

Quare nihil te iuuat tuū, dicens, *gratias agens* (quamuis in ep̄tē vocem εὐχαεῖσθας in præsenti referas: quam eandem ex Mattheo & Luca in præterito retulisti) quia nō simul & semel in manus panem sumsit, discipulis porrexit: propter ea quòd non simul sumsit, porrexit: sed post absolutam demūm prolixam illam benedictionē & gratiarum actionem, primitiarum oblationē, & fractionem.

Et quando tandem, Gregori, noui Testamenti nouam obla-

oblationem Christus docuit? num inter distribuendum? num communis panis, an Eucharistia iam factus, Mundi fabricatori offerebatur? num post vel ante fractionem offerebatur? nihil, inquit, te id iuuat: quia post benedictionem demum, oblationem, & fractionem, distribuit: eoque non eodem tempore accepit & porrexit. nihil item tuum illud ὅσπερ τὸν πόνον apud Marcum. eo ordine Marcus recitat, quo Christus Coenam celebrauit.

Primo omnium de mensa panem sustulit: sublatum sanctificauit, & Sacramentum corporis sui fecit: quæ Sanctificatio siue benedictio prolixa fuit, cum laude Dei Patris, ut dicebamus, oblationeque primitiarum, coniuncta: qua absoluta, panem fregit: fractum discipulis dedit: quem illi acceptum, ut iubebantur, comederunt. Postea prolixam, ut liquet ex Iohanne, concionem ad discipulos habuit, antequam hymno Coenam, ut solebat, concluderet, & obuiam hosti prodiret: in qua pluribus dictis de huius mysterij fine & vsu, de sua morte, præcepit: quod illis verbis Euangelistæ referunt, & secundum eos Apostolus, *hoc est corpus illud meum, quod traditur: hoc sanguis ille meus, &c. hoc facite in mei recordationem.* Quapropter eundem ordinem omnes tres Euangelistæ & Apostolus retinent.

In Apol. Ita se rem habere, liquet etiam ex peruetusta illa, quæ Apostolicam extimplò secura est, Ecclesia: quæ panem & vīnum similiter solenni illa benedictione sanctificabat. Ita Iustinus, *Dein ei, qui fratribus præst, adfertur panis, aquæ poculum & vini: quibus ille acceptis, laudem & gloriam rerum uniuersarum Patri per nomen Filij & Spiritus Sancti offert, & gratiarum actionem pro eo quod nos hisce donis suis dignatus sit, prolixè exsequitur. posteaquam vero presidens gratiarum actionem perfecit, & populus uniuersus appreciatione leta eam approbavit: qui apud nos vocantur Diaconi atque Ministerii*

nisi distribuunt unicuique præsentium, ut participet gratia-
rem actione sanctificatum panem & vinum: & ad absentes in-
de perferunt. postea demùm, velut solennis huius bene-
dictionis effectum, subiungit: non enim ut communem pa-
rem, nec ut communem potum, hac sumimus &c. sed gratia-
rum actione sanctificatum alimentum incarnati illius Iesu car-
nem & sanguinem esse edoceti sumus. audin' sanctificatio-
nem distributionem tempore antecedere? Ita Christus:
sic Apostoli: sic Ecclesia prisca consecravit.

Sequentibus etatibus, cum solenni illa gratiarum a-
ctione verba quoque Christi coniungi coepérunt: vnde
factum, ut Chrysostomus, Ambrosius, totam sanctifican-
davim, ob auditorum importunitatem, Christi verbis as-
signarint, non illis tantum *hoc est corpus &c.* sed illiso-
mnibus *accipite, bibite ex eo omnes. hoc est enim sanguis &c.*
vt liquet ex Ambrosio.

Tandem verò, tenebris conduplicatis, illa sola Chri-
sti verba, *hoc est enim corpus meum*, pro consecrationis ver-
bū habita sunt: quod quād tum primæ institutioni, tum
veteris Ecclesiae, etiam postremæ, quæ in Cataclysmum
ferè incidit, consuetudini consentaneum sit, partim ex ijs
liquet, quæ dicta sunt, partim quòd Damascenus etiam
cum Cyrillo Hierosolymitano consecrationem non in
quatuor aut quinque verbis ponit, sed in prolixa illa Tri-
nitatis & Spiritus Sancti invocatione.

Quare nihil te Ambrosij seculum iuuat: nihil quæ se-
cūra sunt. Sanctificandi vim illis verbis adscriperunt
hoc est corpus &c. Sed initio sic non erat. deinde non tan-
tum illis eam adscriperunt: sed ceteris etiam *accipite, edi-*
te, bibite ex eo omnes.

Quamuis ne horum quidem verba, ex conscientiæ in-
firmitate, bona fide recitare audeas: vt perspicuum est ex
illis, quæ citas, tum Ambrosij, tum Cypriani, seu potius *Cena,*
Ruffini verbis. Eâdem fide Tertullianum citas. Sic enim

de Sacram.
lib. 4. cap. 5.

hb. 4. c. 14.
mystag. 1. c. 3

¶tr. Mart. lib. 4. sub si- Tertullianus acceptum panem & distributum discipulis cor-
pus suum illum fecit, hoc est corpus meum dicendo, id est, figura
corporis mei. non ergo de sanctificatione loquitur: quia
de pane iam distributo, quod verbum tu callide & ex con-
scientia infirmitate preteriisti, loquitur. hunc panem,
inquit, iam distributum, Christus corpus suum fecit, id est,
corpus suum esse docuit. quare nobiscum censuit Tertul-
lianus, verba illa *hoc est corpus post distributum demum*
panem à Christo esse pronunciata.

*Serm. Ca-
tech.*

Non magis pudica fronte Nissenum producis. Sice
nisi tibi loqui cogitur, non quia comeditur panis corpus Christi
evadit: sed statim per verbum in corpus mutatur, & à ver-
bo quidem hoc, hoc est corpus meum. At Nissenus ita loqui-
tur, & hic itidem panis, ut inquit Apostolus, sanctificatur per
verbum Dei, & precationem: non quod manducatus & in ci-
bū factus è progrediatur, ut verbi corpus fiat, sed statim in cor-
pus per verbum immutatur, iuxta id quod dictum est à Verbo:
hoc est illud meum corpus. Per verbum ergo, quo panis im-
mutatur & sanctificatur, non illud seu illa verba intelli-
git hoc est corpus, sed precationem, h. e. prolixam illam
gratiarum actionem. hac gratiarum actione panem in
corpus Verbi seu Christi commutari probat, quod Verbū
seu Christus ipse dixerit, sanctificatum illum panem cru-
cifixum suum corpus esse. putasne quenquam tam stu-
pidum esse, qui crimen falsi in tuis verbis non depre-
hendat? à quo enim vel à quibus illa tua verba &
verbo quidem hoc pendent? ita ne Grammatices peritus es?
& te non pudet, falsi crimen alijs impingere?

Quod denique Origenem quoque tibi patronum ad-
vocas, in eo tui similis es. hoc enim ibi & nihil aliud Ori-
genes, non heres, inquit, in sanguine carnis: sed disce potius
sanguinem τὸ Λόγον, & audi ipsum tibi dicentem, quia hoc san-
guis meus est, qui pro vobis effundetur in remissionem peccatorum.

rum. Vbi, quibusvē docet, Christum verbis illis, *hoc est corpus*, consecrassē?

Quare, Gregori, vel gloriam Deo da, & dum hodie nuncupatur, Christo dicenti, *hoc est illud meum corpus, hoc est ille meus sanguis*, crede: vel solidē, solidis & firmis rationibus, sine cauillationibus, calumnijs, conuicijs, responde: vel certē cum impia tua, & Christiano homine indigna, facesse criminacionē.

F I N I S .

Errata.

In Epistola dedic. facie. 1. lin. 30. varijs. fac. 6. lin. 24. detestandum.
Pag. 8. lin. 28. fecisset, p. 9. l. 29. contrarie p. 11. l. 6. à corrodov p. 44. l.
7. scribit p. 66. in marg. pro illis verbis (in vigil. Pasch.) lege (in illa verba, Ecce quām bonum.) p. 117. l. 6. & 13. ederit p. 123. l. 8. est p. 134. in
marg. Don. p. 148. l. 6. etiam si p. 189. l. 6. ipsūmet p. 191. l. 25. percipitur.
211. l. 5. formam externam.



OCN 43125442 CAPTAIN

Appropriate tools. Computer help His 152

Tools. By nature they are good for

the Captain. Computer help His 152

Tools. Computer help His 152

LINES

LINE